PLANTARUM AMERICANARUM

FASCICULUS SEXTUS.

TABULA CENTESIMA VIGESIMA SEXTA.

ERESIA foliis Aquifolii longiſſimis. *Plum. nov. gen. p.* 8. *Tab.* 25.

THEOPHRASTA. *Roy. prodr. p.* 528. *Linn. ſpec. pl. p.* 149.

Caudex Palmæ nudus, ſimpliciſſimus, apice frondoſus.

Folia omnia in apice undique patentia, lanceolata, longiſſima, dentata, nervis undulatis.

Flores racemoſi, diffuſi, monopetali A, campanulati, patentes, quinquefidi B, calice ſemiquinquefido perſiſtente CCC contenti, *ſtamina* gerentes quinque ſubulata D; cum *germine* ovato E.

Fructus eſt capſula globoſa, membranacea, unilocularis FF.

Semina continens plurima ſubrotunda G. placentæ adfixa H, & in orbem poſita.

Obſervatio. Fructificatio hujus arboris inter folia ad caudicis apicem diffuſa eſt in ipſius centro, uti id patet in inferiore Tabulæ parte ad majora folia.

Cæterum hoc plantarum genus dictum eſt in memoriam magni *Theophraſti* THEOPHRASTA a Cl. *Linnæo*, quum ERESIA ſit nomen nimis generale nec proprium, ille autem inter Græcos primus exactiſſime Hiſtoriam plantarum conſcripſit, natusque fuit *Ereſi* in inſula Lesbo, annosque vixit quinque & Octoginta, attamen moriens de brevitate vitæ humanæ conquerebatur, uti ſummus olim HIPPOCRATES, *ars longa, vita brevis* &c.

TABULA CENTESIMA VIGESIMA SEPTIMA.

EUonymus latifolius, racemoſus, fructu pentagono, atropurpureo. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 18. *Tourn. inſt. p.* 617.

PRUNUS floribus racemoſis, foliis ovatis, obtuſis.

Prunus floribus racemoſis, foliis deciduis, baſi antice glanduloſis. *Linn. ſpec. p.* 473.

Ceraſus ſilveſtris, fructu nigricante in racemis longis pendulis Phytolaccæ inſtar congeſtis. *Gron. fl. Virg. p.* 54. *Roy. pr. p.* 537.

ß *Ceraſi* ſimilis arbuſcula Mariana, Padi folio, flore albo, fructu parvo racemoſo. *Plukn. mantiſſ. p.* 43. *Tab.* 339. *Catesb. Hiſt. Carol.* 1 *vol.* 1. *Tab.* 28.

Planta arborea.
Folia ovata, obtuſa, integerrima, alternata, venoſa.
Racemi ſimplices, longiſſimi,
Flores alternatos gerentes.
Fructus ovato-quinquelobus, uti in Euonymis, Diosmate, aliisque.
Obſervatio. Facie ſua externa perfecte æmulatur *Padum* ſeu *Laurocerasum*, fructus tamen juxta iconem pentagonus videtur obſtare, cæterum florum racemus foliaque alternata penitus ſimilia, unde ad hoc genus propius accedit quam ad *Euonymum*, licet fructus cum hoc genere melius quadret, ſed quum non perfecte ſit delineatus, ad *Prunum* potius tam diu hunc retuli juxta *Linnæi* ordinem, donec aliquis vivam inſpexerit & examinaverit plantam, adeoque inter dubias tam diu habenda, nam flores in racemum collecti, foliaque alternata repugnant *Euonymis*, unde cerro certius conſtat hanc plantam non eſſe *Euonymi* ſpeciem, ſed alius generis; interea dici poſſet *Euonymo* affinis fl. racemoſis, foliis alternis.

TABULA CENTESIMA VIGESIMA OCTAVA.

Eupatorium fruteſcens, Atriplicis folio, flore albo. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 9. *Tourn. inſt. p.* 456. *Vaill. Act. Pariſ.* 1719. *p.* 402. *no.* 31.

EUPATORIUM foliis ovatis, obtuſis, repando-angulatis, corymbis axillaribus.

ß *Eupatorium* foliis ovatis, petiolatis, ſerratis. *Linn. ſpec. p.* 837. *no.* 6. & *no.* 14.

FIGURA PRIMA.

Planta fruticoſa, ac lignoſa.
Caulis teres, brachiatus, nudiuſculus.
Folia obpoſita, ovata, ſinuoſa, ruditer dentata, petiolata, glabra.
Corymbi axillares, obpoſiti, in ſuperiore caulis parte.
Flores nunc quini, nunc terni in corymbi ſubdiviſione, licet ſemina inprimis delineaverit auctor.

Eu-

TAB. CXXVIII.

Fig. 1.

EUPATORIUM
foliis ovatis obtusis.

EUPATORIUM
foliis pinnato-multifidis.

Fig. 2.

EUPATORIUM
foliis cordato-acuminatis

TAB. CXXX.

Fig. 1.

EUPATORIUM
foliis cordatis, obtusis,
inciso-repandis.

Fig. 2.

CONYZA
foliis ovatis.

EUpatorium Sophiæ folio, flore purpureo. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 9. *Tourn. inſt. p.* 456. *Vaill. Act. Pariſ. p.* 399. *no.* 2.

EUPATORIUM foliis pinnato-multifidis, florum corymbis faſtigatis.

FIGURA SECUNDA.

Planta tenera, erecta.
Caulis ſimplex indiviſus.
Folia pinnata, laciniata, & multifida, bina obpoſita, ruditer depicta.
Flores corymboſi, terminatrices, ſeu faſtigati, terni plerumque in communi pedunculo, ac quævis panicula obpoſita eſt.
Semen autem ſeparatim pictum eſt ab auctore, quod cum ſuo pappo diverſum eſt ab *Eupatoriis*, neque hanc plantam etiam conmemorat *Vaill.* in *Actis Pariſ.* ubi alias recenſet *Eupatorii* ſpecies, quique *Plumierii* plantas habuit & examinavit; præterquam quod ejus foliatura penitus ſit diverſa a reliquis *Eupatoriis*, ita ut incerti huc usque ſit generis; quod ex ſola icone vix determinari poteſt.

TABULA CENTESIMA VIGESIMA NONA.

EUpatorium Petaſitidis folio. *Plum. Cat. p.* 10. *Tourn. inſt. p.* 456. *Vaill. Act. Pariſ.* 1719. *p.* 399. *no.* 10.

EUPATORIUM foliis cordato-acuminatis, crenatis, quaternis.

Caules lignoſi, glabri.
Folia maxima, cordata, acuminata, crenata, quaterna.
Flores paniculati, faſtigati, panicula alternata, plures ſimul gerens flores.

TABULA CENTESIMA TRIGESIMA.

EUpatorium fruteſcens, Atriplicis folio, flore cæruleo. *Plum. Cat. p.* 10. *Vaill. Act. Pariſ.* 1719. *p.* 402. *no.* 32.

EUPATORIUM foliis cordatis, obtuſis, inciſo-repandis, corymbis faſtigatis.

FIGURA PRIMA.

Planta fruticosa, caules ac rami simplices, vix divisi.
Folia cordata, angulata, obtusa, sinuata, obposita, petiolata.
Flores in panicula fastigata, terni plerumque in communi pedunculo.

Eupatorium arboreſcens, floribus cæruleis. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 10.

CONYZA foliis ovatis, sessilibus, acuminatis, floribus ramulorum axillaribus, sessilibus, solitariis.

Conyza fruticosa, flore pallide purpureo, capitulis e lateribus ramulorum spicatim exeuntibus. *Sloan. Cat. pl. Jam. p.* 124. *Hist. Jam. vol.* 1. *p.* 257. *Vaill. Act. Paris. no.* 25.
Eupatorium erectum, hirsutum, foliis oblongis, rugosis, floribus spicatis, per ramos terminales declinatis, uno versu dispositis. *Brouw. Hist. Jam. p.* 313.

FIGURA SECUNDA.

Planta arborea, ramosa, majores rami obposiți, minores alternati.
Folia sessilia, cordata, acuminata, integerrima, nutantia.
Flores ex quavis ala singuli, sessiles, sensim decrescentes, regulariter dispositi.
Observatio. Hanc singularem plantam *Conyzæ* veram speciem esse confirmat *Vaill.* in *Act. Paris.* qui accuratissime *Plumierii* Plantas examinavit, & illustravit in *Actis Paris.* raroque in hisce generibus fallit, licet Cl. *Brouw.* Sloanei *Conyzam* denuo ad Eupatorium retulerit.

TABULA CENTESIMA TRIGESIMA PRIMA.

Ficus Castaneæ folio, fructu globoso, maculato. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 21. *Tourn. inst. p.* 663.

FICUS foliis oblongis, acuminatis, serratis, fructu racemoso, punctato.

Ficus arboreſcens foliis oblongo-ovatis, baccis subverrucosis. *Brouw Hist. Jam. p.* 110?
β Perim Teregam. *H. Malab. Tom.* 3. *Tab.* 61.

TAB. CXXXI.

A

Fig. 2.
FICUS
foliis
ovatis

Fig. 1.
FICUS foliis oblongis,
acuminatis, ferratis.

Fig. 3.
FICUS foliis ovato-acutis.

Fig. 1.

FICUS

foliis ovatis, integérrimis.

Fig. 2.

FICUS

foliis ovato-oblongis.

FIGURA PRIMA.

Planta arborea.
Folia lata, oblongo-acuminata, ſerrata, petiolata, parallele venoſa.
Fructus racemoſi, globoſi, punctati.
Racemus terminatrix.

Ficus maxima, foliis Citri ſubrotundis, fructu umbilicato. *Plum. Cat. pl. Am. p.* 21. *Tourn. inſt. p.* 663. *Linn. Amæn. Acad. p.* 219. *no.* 9.

FICUS foliis ovatis, obtuſis, fructu ex alis gemello.

Ficus Americana, latiore folio venoſo ex Curacao. *Pluk. Phyt. Tab.* 178. *Fig.* 1.
Ficus Indica, folio oblongo, obtuſo, fructu minore, pallide luteo, ſphærico. *Sloan. Cat. pl. Jam. p.* 189.

FIGURA SECUNDA.

Folia ovata, obtuſa, venoſa, integerrima; petiolata.
Fructus ex alis globoſi, conferti, glabri, umbilicati, utcunque gemelli A.

Ficus folio Citri acutiore, fructu viridi. *Plum. Cat. p.* 21. *Tourn. inſt. p.* 663. *Linnæi amænit. Acad. vol.* 1. *p.* 221. *no.* 22.

FICUS foliis ovato-acutis, integerrimis, fructu ex ala ſolitario.

FIGURA TERTIA.

Folia ovata, acuta, petiolata, alternata, venoſa, integerrima.
Fructus ex alis pedunculati, globoſi, glabri, ex quavis ala ſolitarii.
Rami in hac ſpecie videntur quadragoni, quum in reliquis ſint rotundi.

TABULA CENTESIMA TRIGESIMA SECUNDA.

Ficus folio Citri obtuſo, fructu ſanguineo. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 21. *Tourn. inſt. p.* 663. *Linn. amænit. Acad. vol.* 1. *p.* 218.

FICUS foliis ovatis, integerrimis, petiolo inarticulatis, fructu pedunculato aggregato.

Tsjela. *H. Malab. tom.* 3. *Tab.* 63.

FIGURA PRIMA.

Planta arborea; Rami ſcabri, qui in reliquis læves.
Folia ovata, integerrima, petiolata, alternata.
Fructus plures aggregati, pedunculati, glabri, ſphærici, utcunque gemelli, umbilicati.
Obſervatio. Hæ tres ſpecies Citri folio, varietates forte cenſendæ ſunt, quæque omnes conſiſtentiam foliorum Citri gerunt, atque fructus globoſi & pedunculati ſunt, inprimis vero notabilis eſt articulatio petioli ad inſertionem folii, quod huic ſpeciei proprium. Cæterum *Ficus* Hiſtoria cum ſpeciebus in *Linn. Amænit. Acad. vol.* 1. *l. c.* explicata eleganter habetur.

FICus alia, foliis Lauri, fructu minore. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 21. *Tourn. inſt. p.* 663. *Linn. Amænit. Acad. vol.* 1. *pag.* 219.

FICUS foliis ovato-oblongis, venoſis, integerrimis, baccis axillaribus, pedunculatis, confertis.

Ficus Indica, folio oblongo, acuminato, minore, atrovirente, fructu ſphærico, pallide luteo, Ceraſi magnitudine. *Sloan. Cat. pl. Jam. p.* 189. &c.
Supa arbor. Rumph. Herbar. Amb. lib. 5. *cap.* 2. *Tab.* 86. quæ *Ficus* pumila. *Linn. Diſſert.* de *Herbar. Amboin.* &c.

FIGURA SECUNDA.

Folia ovato-oblonga, acuminata, venoſa, integerrima, vix petiolata.
Fructus per ramos ſparſi, ex alis ſæpius conferti & pedunculati, puſilli, umbilicati, ſphærici.

TABULA CENTESIMA TRIGESIMA TERTIA.

FUchſia triphylla, flore coccineo. *Pum. nov. gen. p.* 14.

FUCHSIA. *Linn. ſpec. pl. p.* 1191.

FIGURA PRIMA.

Radix



Fig. 2.
GESNERIA
foliis lanceolatis,
ferratis.

Fig. 1.
FUCHSIA.

Radix diffusa, brachiata.
Caulis simpliciſſimus, herbaceus.
Folia e regione terna, ſeſſilia, lanceolata, venoſa, integerrima.
Racemus terminatrix, erectus.
Flores monopetali, infundibiliformes, multifidi, quorum unus apertus ac ſeparatus in Tabulæ inferiore, parte A conſpicitur, ut ſtaminum ſitus intra limbum adpareat, quæ quatuor numero obſervantur, cum antheris didymis ſubrotundis, ac piſtillo oblongo B, quod germini ovato C inſidet.
Fructus eſt bacca ovata, mollis & carnoſa D, quadrilocularis E, ſemina ſubrotunda plura continens, duplici ordine locata.
Obſervatio. Rariſſima hæc planta eſt, nec apud alios auctores obvia, videturque eſſe Tetrandia nonogynia, calix autem in fructum abit truncatus, nec ullis foliolis inſtructus. Cæterum in memoriam *Leonardi Fuchſii* hoc plantarum genus a *Plumier.* FUCHSIA dictum eſt; qui hiſtoriam ſtirpium Germaniæ ſcripſit abſolutam, & 510 iconibus illas exhibuit eadem forma, quâ plantæ Auctoris noſtri inciſæ ſunt, cujus Herbarium ſæpius recuſum eſt cum aliis ejus Operibus ad rem medicam pertinentibus.

GESNERA humilis, flore flaveſcente. *Plum. nov. gen. p.* 27.

GESNERIA foliis lanceolatis, ſerratis, ſeſſilibus, pedunculis ramoſis, trifloris. *Linn. ſpec. p.* 612. *no.* 1.

FIGURA SECUNDA.

Radix diffuſa, prorepens.
Caulis ramoſus, inferius nudus.
Folia lanceolata, ſerrata, ſeſſilia, in ſummo aggregata, decidua.
Pedunculi ramoſi, triflori.
Flores anomali, monopetali, perſonati, incurvati, quorum *corollæ* cum calice *inflexæ* FF, *oris dilatatis* absque calice G, & *aperta*, ut ſtaminum ſitus cognoſcatur H.
Calix quinquefidus eſt cum piſtillo I, idem cum *fructus rudimento* K. *Calix* fructu prægnans L.
Fructus eſt capſula ſubrotunda, bilocularis M, continens ſemina minima, numeroſiſſima N.
Obſervatio. In memoriam magni *Conradi Gesneri* Tigurini hoc plantarum genus GESNERA dictum eſt ab auctore noſtro, ille autem totius Hiſtoriæ naturalis parens habendus eſt, primusque veram aperuit viam ad plantas cognoſcendas & diſtinguendas per genera; de diffuſo ejus ſtudio atque incredibili doctrina univerſali omnino legenda eſt elaboratiſſima præfatio ejus Operibus Botanicis præfixa, quæ *Gesneri* continet vitam, quorum primum tomum nuper edidit doctiſſ. & laborioſiſſimus Vir *Caſimirus Chriſtophorus Schmidel*, Erlangæ Profeſſor digniſſi-

mus, cujus operâ & ſtudio alterum brevi exſpectamus tomum, cum reliquis doctiſſimis & elaboratiſſimis ipſius Operibus.

Cæterum dolendum eſt Gesneri Opera multa eſſe perdita vel nondum edita, in flore autem ætatis anno nempe 49 ex lue peſtifera in Muſæo ſuo inter Muſarum ſatellites obiit.

TABULA CENTESIMA TRIGESIMA QUARTA.

Gesnera amplo Digitalis folio tomentoſo. *Plum. nov. gen. p.* 27.

GESNERIA foliis lanceolatis, crenatis, hirſutis, pedunculis lateralibus longiſſimis, corymbiferis. *Linn. H. Cl. p.* 318. *ſpec. pl. p.* 612. *no.* 2.

Gesneria erecta, foliis lanceolatis, rugoſis, hirſutis, pedunculis longiſſimis, ramoſis, ex alis ſuperioribus. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 261.
Digitalis folio oblongo, ſerrato, ad foliorum alas florida. *Sloan. Cat. pl. Jam. p.* 60. *Hiſt. vol.* 1. *p.* 162. *Tab.* 104. *Fig.* 2.

Planta fruticoſa.
Folia lata, lanceolata, ſerrata, ſolitaria, rugoſa, ſeu tomentoſa.
Pedunculi ex alis longiſſimi, ſolitarii, multiflori.
Flores cum illis Digitalis Acanthoidis *Commelini* multum conveniunt, longeque recedunt a priore deſcripta ſpecie, cujus tamen flores huic generi characterem juxta *Plumierii Tab.* 9. dederunt.
Calix eſt perianthium oblongum quinque partitum A, germine prægnans ſeſe extendens & explicans B, atque profert
Fructum ſeu capſulam oblongam C, bilocularem D, & diſſectam, E eſt capſula inmerſa, & F *capſula extenſa* ſeu exempta.

TABULA CENTESIMA TRIGESIMA QUINTA.

Galega fruteſcens, flore purpureo, foliis ſericeis. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 8. *Tourn. inſt. p.* 398.

CRACCA leguminibus ſtrictis, racemo terminali, foliis tomentoſis.

β *Galega* herbacea, ſubcinerea, villoſa, foliis oblongis, pinnatis, ſpicis laxioribus ad alas. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 289.

Planta

TAB. CXXXIV.

GESNERIA foliis lanceolatis, crenatis.

TAB. CXXXV.



CRACCA leguminibus ſtrictis.

TAB. CXXXVI.


F

H

G

GENIPA foliis lanceolatis.


E

D

A

B

C

Planta fruticoſa.
Radix craſſa, brachiata, quæ lendes profert in extremitatibus, quæ frequentes ſæpe in papilionaceis.
Caulis lignoſus, erectus, ſimplex, uti in Tabulæ margine.
Folia pinnata.
Foliola numeroſiſſima, oblonga, integerrima, tomentoſa, cum impari extremo.
Florum ſpica ſimplex, erecta.
Siliquæ teretes, æquales, acuminatæ.
Semina oblonga, cordiforma, hilo notata, uti in aperta & ſeparata ſiliqua A & B.

TABULA CENTESIMA TRIGESIMA SEXTA.

Genipa fructu ovato. *Plum. Cat. p.* 20. *Tourn. inſt. p.* 658. *Tab.* 436 & 437.

GENIPA foliis lanceolatis, integerrimis, pedunculis multifloris.

Janipaba. Piſon libr. 4. *cap.* 16 *pag.* 138. & *Marcgr. Braſil. p.* 92. *Plukn. Mantiſſ. p.* 99. &c. ubi vide reliqua.

Folia lanceolata, ſinuoſa, venoſa, integerrima, ſeſſilia.
Pedunculi multiflori, racemoſi.
Florum corolla infundibiliformis, tubo brevi, limbo quinquefido, æquali, patente.
Stamina quinque, ſubulata, reflexa, corollâ duplo breviora, uti in ſeparatis floribus liquet, ubi unus cum calice ab antica parte A, alter poſtica parte B conſpicitur. C eſt *flos clauſus* cum *calice*, qui receptaculum germinis integrum D. ſtilumque emittit ſimplicem brevem, ovato-oblongum E.
Fructus eſt Bacca ovata, carnoſa F, utrimque acuminata, & quaſi truncata, bilocularis G, continetque
Semina plura, angulata, depreſſa H, in pulpa nidulantia.
Obſervatio. Novi hujus generis character eleganter definitur a Cl. *Linnæo* in *ult. edit. gener. plant. no.* 229. *pag.* 7. quod genus in *ſpecieb. plantar.* per incuriam forte Typographi eſt prætervisum, vide etiam Cl. *Ludwig. definit. gener. no.* 94. *p.* 25. ubi notat, hoc genus THEVETIAM in prima generum editione a *Linnæo* fuiſſe dictum, de quo vide *H. Cliffort. p.* 76.

TABULA CENTESIMA TRIGESIMA SEPTIMA.

GESNERA arboreſcens, amplo flore fimbriato & maculoſo. *Plum. nov. gen. p.* 27.

CRANIOLARIA foliis lanceolatis, dentatis. *Linn. ſpec. pl. p.* 618. *no.* 2.

Planta arborea.
Folia ſolitaria, lanceolata, dentato-ſerrata.
Pedunculi ex caule longiſſimi, multiflori.
Corolla oblonga, inæqualis, interne punctata, margine criſpo, ſeu ciliato, calice quinquefido perſiſtente contenta.
Obſervatio. Hanc a *Gesneria* ſeparavit jure Cl. *Linnæus*, quum fructificatio penitus cum floribus differat, vocavitque hoc genus CRANIOLARIAM, quum ipſius fructus ſeu Nux *Cranium* alicujus feræ referat, cujus characterem ab ipſo vide exacte definitum in ipſius *gener. nov. edit. p.* 269. *no.* 670. Cæterum inter ſpecioſiſſimas plantas locum tenet hæc floribus condecorata elegantiſſimis, tum ob calicem longum patentem, tum ob corollas fimbriatas more *Collinſoniæ* & *Trichoſanthis*, tum demum ob petala interne eleganter punctata: Pedunculos vero gerit longiſſimos, ac folia alterna oblonga, dentata, uti in *Gesnera* ſupra deſcripta, fructificatio ab hac diverſiſſima, unde ſeparandæ neceſſario fuere.

TABULA CENTESIMA TRIGESIMA OCTAVA.

GRANADILLA folio hederaceo, flore albo, fructu globoſo, villoſo. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 6. *Tourn. inſt. p.* 241. *Linn. Amœnit. Accid. vol.* 1. *p.* 270.

PASSIFLORA foliis ſubtrilobis, obtuſis, ſubrotundis. *Linn. ſpec. pl. p.* 957. *no.* 13.

β *Paſſiflora* foliis trinerviis nitidis, ad apices latioribus, ſubtrilobis, lobis æqualibus. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 328. *no.* 7.

FIGURA PRIMA.

Planta volubilis & ſarmentoſa, glabra.
Folia ſolitaria, alterna, petiolata, integerrima, ſubtriloba, obtuſa, ac ſubrotunda.
Flores ex alis plerumque gemini, quorum quivis in proprio longoque pedunculo excreſcit, cum cirrho ſpirali.
Fructus globoſi, villoſi, in quinque ſegmenta diviſi.

Ob-

CRANIOLARIA foliis lanceolatis, dentatis.

Fig. 2.
PASSIFLORA
foliis bilobis.

Fig. 1.

PASSIFLORA foliis ſub-trilobis, obtuſis.



Fig. 1.

PASSIFLORA foliis integerrimis, lanceolatis.

Fig. 2.

OSMUNDA fronde pinnata.

Obſervatio. Hujus uti & ſubſequentis ſpeciei pulchra figura exhibetur in titulo ad *Barrelierii* Opus poſthumum de plantis per Galliam, Hiſpaniam &c.; utriusque etiam deſcriptio invenitur poſt præfationem ejuſdem libri in admonitione ſatis ampla juxta *Plumierii* obſervata, quæ ſi de reliquis ipſius auctoris plantis edere haud recuſarent Botanici Pariſienſes, abſolutam ipſarum hiſtoriarum obtinerent Botanophili.

G*Ranadilla* fructu rubente folio bicorni. *Plum. Cat. p. 6. Linn. Amæn. Acad. vol. 1. p. 269.*

PASSIFLORA foliis bilobis, cordatis, oblongis, petiolatis. *Linn. ſpec. p. 957. no. 12.*

β *Clematis* Indica, folio bicorni, flore clavato, ſuaverubente, fructu hexagono, coccineo. *Plum. Amer. p. 68. Tab. 83.* quæ non niſi fructu a priore differt.

Flos Paſſionis folio media lacinia quaſi obſciſſa, flore minore carneo. *Sloan. Cat. pl. Jam. p. 104. Hiſt. Jam. tom. 1. p. 229.*

Paſſiflora foliis bilobis, baſi emarginatis, petiolatis. *Linn. Amæn. Acad. vol. 1. p. 257.* &c.

FIGURA SECUNDA.

Folia ſunt biloba, acuminata, divaricata, interjecto lobulo acuminato breviſſimo, baſi autem ſunt cordata ac petiolata.

Flores vulgaris ſunt formæ & magnitudinis, rubentes.

Fructus pyriformis eſt, acuminatus, hexagonus, glaber.

Semina plurima oblonga, in pulpa ſita glaberrima.

Caulis in hac ſpecie triqueter eſt, qui in altera ejus varietate teres eſt.

Obſervatio. Ultra viginti diſtinctæ ſpecies Botanicis jam innotuere, quæ omnes Americam agnoſcunt patriam, atque ex variis auctoribus collectæ recenſentur in *Linn. Amænit. Acad. vol. 1.* a *pag.* 244. ad *p.* 280. ubi omnia, quæ ad hoc genus pertinent, dilucide explicata inveniuntur, quarum plurimæ icones a *Plumier.* in *deſcript. pl. Americ.* a *Tab.* 79. ad *Tab.* 91. titulo *Clematitidis* Indicæ exhibentur, uti & apud *Martin. Dillen. Fevill.* aliosque.

TABULA CENTESIMA TRIGESIMA NONA.

G*Ranadilla* heterophylla, flore albo. *Plum. Cat. pl. Amer. p. 7.*

PASSIFLORA foliis integerrimis, lanceolatis, ternatis, pedatis, variisque.

Granadilla folio vario. *Tourn. inſt. p. 241. Linn. Amæn. Acad. vol. 1. p. 271.*

Murucuya ſeu *flos Paſſionis* ſecundus. *Marcgr. Hiſt. p. 71.*

FIGURA PRIMA.

Planta tenera, ſarmentoſa, volubilis, caule rotundo.
Radix puſilla, Napiformis, vix fibroſa.
Folia irregularia, inferiora ſimplicia, linearia, integerrima, media trifida ſeu ternata, lineari-lanceolata, ſuperiora pedata, in quinque inæquales lobos diſtincta, utcunque obtuſos, quorum medii latiſſimi, laterales minores, inæqualiter diviſi, & apice ſæpe trilobi.
Flores mediocris magnitudinis, albi, quorum petala cordata ſunt.
Fructus Olivæformes, glabri, ſulcati, dependentes, pedunculati.

FIlix ſcandens, latifolia, ſerrata, *Plum.* idem folium ſemine onuſtum. *Plum. Hiſt. Mſſ. Tom.* v. *p.* 142.

OSMUNDA fronde pinnata, pinnis cordato-oblongis, alternis, ſeſſibus, ſerratis, racemis frugiferis alternis, ſimplicibus, linearibus.

Phyllitidi ſcandenti affinis minor, folio craſſo oblongiore. *Sloan. Cat. pl. Jam. p.* 15. *Hiſt. Jam. vol.* 1. *Tab.* 28. *Fig.* 2.
β *Lingua Cervina* ſcandens foliis Laurinis ſerratis. *Plum. Filic. p.* 102. *Tab.* 117. cujus pinnæ ſunt obpoſitæ, eſtque
Filix ſcandens latifolia, ſerrata. *Plum. deſcr. pl. Amer. p.* 8. *Tab.* 12. &c.
Panna Valli. H. Malab. tom. 12. *Tab.* 35.

FIGURA SECUNDA.

Caulis repens ſuper arborum cortices, ſiliformis.
Frondes ſteriles alternatæ, oblongo-ovato-ſerratæ, glaberrimæ, ſub quibus fibrillæ lineares excreſcunt, quibus ſeſe figit hæc planta arborum corticibus, uti in ſeparato frondis ſegmento adparet.
Frondes fertiles, lineares, contractæ, ſeu revolutæ, ſeminibus undique ſcabræ, ſterilibus duplo longiores, ita ut ſint proprie attenuata folia, quibus fructificationes adhærent, eodem modo uti in *Struthiopteri Halleri* & *Ammanni*, quod ex *Plum. Tab.* 117. evidens eſt.

TABULA CENTESIMA QUADRAGESIMA.

GRoſſularia, Plantaginis folio lato, fructu minimo cæruleo. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 18. *Tourn. inſt. p.* 640.

MELASTOMA foliis ovato-acuminatis, quinquenerviis, integerrimis, floribus paniculatis.

Groſ-

TAB. CXL.



MELASTOMA foliis ovato-acuminatis, quinquenerviis.

MELASTOMA foliis denticulatis, lanceolatis caule hiſpido.

Groſſulariæ fructu arbor maxima, non ſpinoſa, Malabathri folio integro, minore, ſubtus ferrugineo. *Sloan. Hiſt. Jam. vol.* 2. *Tab.* 196. *Fig.* 2. ſine flore ac fructu.

β *Groſſularia* folio Plantaginis ampliſſimo. *Plum. Cat. pl. p.* 18.

Melaſtoma foliis denticulatis, ovatis, acutis. *Linn. ſpec. p.* 389. *no.* 1.

Melaſtoma foliis ovato-lanceolatis integerrimis, ſubtus ſericeis &c. *Linn. H. Cliff. p.* 162.

Melaſtoma foliis ampliſſimis, ſubtus ferrugineis, racemis terminatricibus. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 219. *no.* 6.

Acinodendrum Americ. pentaneuron, foliis craſſis, hirſutis, ad ambitum rarioribus ſerris. *Plukn. Mant. p.* 4. *Tab.* 159. *Fig.* 1.

Planta arborea.

Rami ſimplices, recti, indiviſi.

Folia ovata, acuminata, quinquenervia, integerrima, venis transverſalibus parallelis, ſimplicibus cancellata, ſubtus ferruginea, petiolata, bina ſibi obpoſita.

Flores terminatrices copioſiſſimi, corymboſi, in ſpicas ſibi obpoſitas collecti.

Fructus racemoſi, pedunculati, rotundi, ſuccoſi, continentes ſemina ſex oblonga, in orbem poſita.

Obſervatio. Hæc planta varietas eſt *Groſſulariæ* Plantaginis folio ampliſſimo *Plumier.* nullo modo niſi foliatura integerrima differens, quum hujus folia ſint denticulata, & ſeptinervia, cæterum tota facies modusque florendi, ac fructus omnino idem, niſi quod omni parte hæc ſit major, quumque optime a *Plukn. l. c.* ſit delineata, ſuperfluum foret eam hic denuo exhibere. Cæterum difficillimum eſt haſce ſpecies rite determinare, quum ex icone non conſtet; utrum folia ſint glabra, vel ſcabra, quæ differentia in hoc genere ex foliis inprimis eſt obſervanda, quum ſpecimina tam raro ocurrant florentia, a reliquis vero haſce binas diſtinctas eſſe ſpecies nec varietates, docet florum panicula, fructusque minimi a cæteris penitus diverſi.

TABULA CENTESIMA QUADRAGESIMA PRIMA.

Groſſularia Plantaginis folio anguſtiore, hirſuto. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 18. *Tourn. inſt. p.* 640.

MELASTOMA foliis denticulatis, lanceolatis, quinquenerviis, caule hiſpido. *Linn. ſpec. pl. p.* 390. *no.* 3.

Melaſtoma foliis ovato-lanceolatis, crenatis, nervis quinque longitudinalibus, extimis obſoletioribus. *Linn. H. Cliff. p.* 162.

Melaſtoma hirſuta, foliis cordatis, reticulatis, ſcabris, floribus laxe racemoſis ſpicatis. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 219. *no.* 4.

Groſſulariæ fructu non ſpinoſa, Malabathri foliis, longa & ruffa lanugine hirſutis, fructu majore cæruleo. *Sloan. Cat. pl. Jam. p.* 165. *Hiſt. Jam. vol.* 2. *pag.* 85. *Tab.* 197. *Fig.* 2. *Ray. dendr. p.* 26.

Arbuſcula Jamaicenſis, quinquenervia, minutiſſime dentatis foliis, & caule pubeſcentibus. *Plukn. Alm. p.* 40. *Tab.* 264. *Fig.* 1.

β *Melaſtoma* quinquenervia, hirta, major, capitulis ſericeis, villoſis. *Burm. Theſ. Zeyl. p.* 157. *Tab.* 73. &c.

Planta fruticoſa, totaque hiſpida.

Folia lanceolata, acuminata, quinquenervia, acute crenata, obpoſita, ſuperne lævia, inferne ſcabra, ac venis transverſalibus parallelis elegantes cancellata, nunc latiora, nunc anguſtiora, quibus variat hæc planta.

Flores faſtigati, in corymbum ramoſum collecti, & laxe ſpicati.

Pedunculi obpoſiti cum inpari, unde triflori.

Fructus eſt Bacca ventricoſa, ſphærica, quinque locularis, calicis ſegmentis coronata, hiſpida quoque, pulpam continens, in qua

Semina locantur plurima, avenacea, uti in ſeparatis patet iconibus, *a b c.*

Obſervatio. Mire variat hoc plantarum genus ſuis fructibus, atque hæc a reliquis *Plumierii* ſpeciebus penitus diverſa eſt, proximeque accedit ad illas ſpecies, quas in *Theſ. Zeylanico* olim exhibui, quæ ſub nomine Fragarii rubri & nigri a *Rumphio* deſcribuntur in *Herbar. Ambon. lib.* 6. *cap.* 77 & 78. & *Tab.* 71 & 72. exhibentur.

TABULA CENTESIMA QUADRAGESIMA SECUNDA.

GROſſularia, Plantaginis folio, apicibus candidis & falcatis. *Plum. Hiſt. Mſſ. T.* v. *p.* 104.

MELASTOMA foliis oblongo-ovatis acuminatis, integerrimis, ſubquinquenervibus, floribus corymboſis.

Groſſulariæ fructu non ſpinoſa, Malabathri foliis, ſubtus niveis, fructu racemoſo, in umbellæ modum diſpoſito. *Sloan. Cat. pl. Jam. p.* 165. *Hiſt. Jam. vol.* 2. *p.* 86. *Tab.* 198. *Fig.* 1.

Arbor Americana, quinquenervia, comantibus floſculis, foliis ampliſſimis glabris, prona parte albicantibus. *Plukn. Almag. p.* 40. *Tab.* 264. *Fig.* 4.

FIGURA PRIMA.

Folia oblongo-ovata, ſub-quinquenervia, venis parallelis obpoſitis cancellata, integerrima, glabra, petiolata, obpoſita, ſubtus colorata, ſeu albicantia, glaberrima.

Florum corymbus terminatrix conſtat ex pedunculis obpoſitis, trifloris.

Florum petala reclinata, ac *ſtamina* longiſſima, erecta, falciformia, quibus a reliquis hæc differt.

Groſ-

Fig. 2.
MELASTOMA
foliis denticulatis, ovatis.

Fig. 1.
MELASTOMA foliis oblongo-ovatis
floribus corymbosis.

Fig. 1.

ANNONA foliis ovatis.

Fig. 2.

ANNONA foliis lanceolatis

Groſſularia alia, Plantaginis folio, fructu rariore violaceo. *Plum. Hiſt. Mſſ. Tom.* 1. *pag.* 139.

MELASTOMA foliis denticulatis, ovatis, acuminatis, nervis interioribus ante baſin coadunatis. *Linn. ſpec. p.* 390. *no.* 2.

Melaſtoma foliis amplioribus, per petiolum recurrentibus & contractis, faſciculis florum ſparſis. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 219. *no.* 7. *Tab.* 24. *Fig.* 2 & 3.

Groſſulariæ fructu arbor maxima non ſpinoſa, Malabathri folio maximo, inodoro, flore racemoſo albo. *Sloan. Cat. pl. Jam. p.* 164. *Hiſt. Jam. vol.* 2. *p.* 84. *Tab.* 196. *Fig.* 1. *Ray. Suppl. p.* 26.

β *Funis* murænarum mas & femina. *Rumph. Herb. Amb. lib.* 7. *cap.* 35. *Tab.* 35.

Arbor racemoſa, Braſiliana, foliis Malabathri. *Breyn. Cent. p.* 32. ubi icon.

FIGURA SECUNDA.

Folia ovata, acuminata, acute crenata, quinquenervia, nervis longitudinalibus venisque transverſalibus ſimplicibus cancellata, petiolata, obpoſita.

Florum racemi ex alis foliorum laxi, conſtant ex pedunculis obpoſitis, utcumque trifloris.

TABULA CENTESIMA QUADRAGESIMA TERTIA.

Uanabanus fructu aureo, & molliter aculeato. *Plum. nov. gen. p.* 43.

ANNONA foliis ovatis, fructu imbricato & aculeato.

Annona foliis ovali-lanceolatis, glabris, nitidis, planis, pomis muricatis. *Linn. H. Cl. p.* 222. *ſpec. pl. p.* 536.

Anona Indica, latifolia, fructu ſquamoſo, aſpero, ſeminibus ex flavo nigricantibus turgida. *Plukn. Alm. p.* 31. *Tab.* 134. *Fig.* 2.

Anona maxima, foliis latis ſplendentibus, fr. maximo, tuberculis & ſpinulis innocentibus aſpero. *Sloan. Cat. pl. Jam. p.* 203. *Hiſt. Jam. vol.* 2. *p.* 196. *Tab.* 225.

Annona foliis oblongo-ovatis, nitidis, fructibus ſpinis mollibus, tumentibus, obſitis. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 255. &c.

FIGURA PRIMA.

Planta arborea, *Rami* lignoſi, glabri, rotundi, ſimplices.
Folia obverſe-ovata, cum accumine, plana, venoſa, nitida, glabra, alternata.
Flores ſolitarii, ſeu ſimplices, tripetali, ingentes, calice magno tripetalo contenti.
Fructus eſt conus ſubrotundus turbinatus carnoſus mollis, in hac ſpecie imbricatus & molliter aculeatus.

GUanabanus fructu purpureo. *Plum nov. gen. p.* 43.

ANNONA foliis lanceolatis, fructibus ovatis, reticulato-areolatis. *Linn. ſpec. pl. p.* 537. *no.* 3.

Anona maxima, foliis oblongis, anguſtis, fructu maximo luteo, conoide, cortice glabro in areolas angulares diſtincto. *Sloan. Cat. pl. Jam. p.* 264. *Hiſt. vol.* 2. *p.* 167. *T.* 26. *Catesb. Carol.* 2. *p.* 62. *T.* 62.
Anona anguſtifolia, fructu cancellato maximo. *Rumph. Herb. Amb. l.* 1. *cap.* 39. *Tab.* 45. *Plukn. Phyt. Tab.* 238 *Fig.* 4.
Anona fructu rubicundiſſimo. *Herm. Muſ. Zeyl. p.* 68. *Burm. Th. Zeyl. p.* 31. &c.

FIGURA SECUNDA.

Planta arborea.
Rami ſimplices, longi, flexuoſi, ſeu ad folia inclinantes, glabri.
Folia alternata lanceolata, glabra, venoſa, integerrima.
Flores ſolitarii, tripetali, anguſti, petalis lanceolatis anguſtis, uti ad Litt. A & B adparet in aperto & clauſo flore.
Piſtillum eſt receptaculum ſubgloboſum, cui undique adhærent ſtaminula, eique inſidet germen globoſum, punctulis undique exaſperatum, quæ puncta ſunt mera ſtigmata absque ſtilis, uti ad C. conſpicitur.
Fructus eſt conus ſubrotundus, carnoſus & ſquamoſus, ſquamis glabris imbricatis tectus.
Semina nidulantur in carnis centro, pulpæ involuta, & in orbem poſita, dura, glabra, oblongo-anguſtata D.
Obſervatio. Plures harum arborum ſervo icones, quas delineavit *auctor*, ac recenſet in *in novis ſuis gener. p.* 43, quum vero meræ ſunt varietates fructibus inprimis diſtinctæ, hinc hæ datæ ſufficiant, quique plures deſiderat, adeat *Sloan. Hiſt. Jam. vol.* 2. a *Tab.* 225 ad 230. & *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 235. Hæc porro arbor per totam læta creſcit & vagatur Indiam tam Orientalem quam Occidentalem, præſertim vero per Americæ partem calidiorem, ubi gratum ac ſalubrem præbent fructus hi cibum præcipue in diarrhæis & morbis bilioſis, uti teſtatur *Rumphius* aliique auctores. Cæterum *Guanabanum* nimis barbarum Americ. nomen rejectum ſupplevit *Annona*, quum incolis præbeat frugem divitem.

TA-

TAB. CXLIV.

Fig. 1.

THEOBROMA foliis ſerratis.

Fig. 2.

CONOCARPUS erecta foliis oblongis.

TABULA CENTESIMA QUADRAGESIMA QUARTA.

Guazuma arbor, Ulmi folio, fructu ex purpura nigro. *Plum. nov. gen. p.* 36.

THEOBROMA foliis ferratis. *Linn. H. Cliff. p.* 379. *no.* 2 *ſpec. pl. p.* 782. *Roy. pr. fl. Leid. p* 47.

Theobroma foliis oblongo-cordatis, ferratis, ab altero latere majoribus, fructu minore ſcabro. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 306.

Cenchramidea Jamaicenſis, Morifolia, fructu ovali integro, verrucoſo, intus in quinque cellulas, grana ficulnea ſimilia includentes, diſpertito. Balſamum olente. *Plukn. Almag. p.* 92. & *Phyt. Tab.* 77. *Fig.* 2.

Alni fructu, Morifolia arbor, flore flavo pentapetalo. *Sloan. Cat. pl. Jam. p.* 135. & *Hiſt. Jam. tom.* 2. *p.* 18. *Ray. dendr. p.* 11.

FIGURA PRIMA.

Planta arborea, *Rami* lignoſi, ſimplices, ſubvilloſi.

Folia cordato-lanceolata, ſerrata, rugoſa, parum obliqua.

Racemi ex quavis ala ſolitarii, ſimplices, longi.

Flores calice conſtant triphyllo, ac petalis quinque, erecto patentibus, concavis, cum plurimis ſtaminibus radiorum inſtar ſitis, uti ad Litt. *a*, *b* & *c* adparet.

Fructus eſt capſula ſub-globoſa, lignoſa, undique tuberculis ſcabra, cortice perforato cribriformi, diviſa in quinque loculamenta interne *d* & *e*.

Semina in duplici ſerie in ſingulo loculo ſunt diſpoſita, verſus baſin anguloſa & excavata *ff*.

Obſervatio. Satis frequens in hortis noſtris eſt, ſed fructum ibi non fert, qui undique muricatus eſt tuberculis obtuſis, & capſula lignea undique poris pertuſa. Flores vero non rite depinxit *Plumier.* quum non diſtincte notaverit nectaria adeo ſingularia, petalis quinque minoribus concavis tegentibus quinque ſtamina, apice ſingula quinquefido, ſeu quinque antheris inſtructa perfecte uti in *Cacao*, quæ ratio fuit, quod has binas arbores ad idem genus ex florum analogia reduxerit Cl. *Linnæus* in *H. Cliff. l. c.* ubi ulterius examina characteres, ipſiusque deſcriptionem.

Innominata. Plum. tom. v. *p.* 117.

CONOCARPUS erecta foliis oblongis. *Linn. ſpec. pl. p.* 176.

Conocarpus foliis oblongis, petiolis brevibus, floribus in caput conicum collectis. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 159.

Conocarpus. Linn. H. Cliff. p. 485.

Ruabeckia Laurifolia, maritima. *Amm. Herb. p.* 581.

Alnus maritima Myrtifolia coriariorum. *Plukn. Alm. p.* 18. *Phyt. Tab.* 240. *Fig.* 3.
Alni fructu Laurifolia arbor Maritima. *Sloan. Cat. Jam. p.* 135. *Hiſt. Jam. tom.* 2. *p.* 18. *Tab.* 161. *Fig.* 2.
Frutex innominatus ſecundus. *Marcgr. Hiſt. Braſ. p.* 76.

FIGURA SECUNDA.

Planta fruticoſa, *Rami* flagelloſi, longi, ſimplices.
Folia lanceolata, integerrima, in ſuperioribus ramis anguſtata, inferiora vero obtuſa & cuneiforma, ac ſenſim anguſtata & lanceolata.
Strobili ſubrotundi, ſquamis reflexis imbricatis, villoſis, quarum lateri vel diſco affiguntur floſculi ſingulari methodo, qui num maſculini flores a femineis ſeparati nondum conſtat, vide *Linn. pl. gen. ult. edit. no.* 213. *pag.* 81. & *Ludwig. defin. gener. p.* 232. *no.* 774.

TABULA CENTESIMA QUADRAGESIMA QUINTA.

Ujabara racemoſa, foliis coriaceis, ſubrotundis. Raiſinier. *Plumier. Ovied. lib.* 8. *cap.* 13.

COCCOLOBIS foliis craſſis, orbiculatis, ſinu aperto. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 209. ubi ejus character definitur.

Uvifera foliis ſubrotundis, ampliſſimis. *Linn. H. Cliff. p.* 487.
Uvifera litorea, foliis amplioribus, fere orbiculatis, craſſis, Americana, &c. *Plukn. Alm. p.* 394. & *Phyt. Tab.* 236. *Fig.* 7.
Uvifera arbor Occidentalis folio rotundo, *Obe* vulgo. *Herm. Par. Bat. Pr. p.* 385.
Polygonum foliis ſubrotundis, caule arboreo, fructibus baccatis. *Linn. ſpec. pl. p.* 365. *no.* 26.
Prunus maritima, racemoſa, folio rotundo, glabro, fructu minore purpureo. *Sloan. Cat. Jam. p.* 183. *Hiſt. Jam. vol.* 2. *p.* 129. *Tab.* 220. *Fig.* 3. *Catesb. Carol. vol.* 2. *p.* 96. *Tab.* 96.
Populus Americana. *Dalech. Hiſt. p.* 1830.
Populus Americana rotundifolia, *C. B. Pin. p.* 430.

Planta arborea, maritima inprimis ſiccaque amans loca.
Folia craſſa, coriacea, perennia, ſuborbiculata, ſinuoſa, ac venoſa, venis cum coſta craſſa rubentibus juxta *Catesb.*
Racemi longiſſimi, ſimplices, copioſos gerentes flores, qui in
Fructus excreſcunt coadunatos, ſuntque hi *baccæ* ſucculentæ, ſubrotundæ, uniloculares, monoſpermæ, ad apices umbilicatæ *a* & *b*.

Se-

TAB. CXLV.

COCCOLOBIS foliis crassis, orbiculatis.

Fig. 1.

COCCOLOBIS foliis cordato-oblongis.

Fig. 2.

SAMYDA foliis serratis, oblongis.

Semen eſt *Nucleus* unicus, cordato-ovatus *c*, baſi quinquelobus *d*, putamine tenui lignoſo *e* & *f* tectus.

Obſervatio. Ad Polygoni genus retulit hanc plantam Cl. *Linnæus*, quum flores in racemis axillares proferat more Polygoni cum octo ſtaminibus ac piſtillis triquetris, baccisque monoſpermis, dein foliorum petioli inferne caulem quoque vaginant, uti in plurimis Polygoni ſpeciebus, ita ut ſane quam maxime adfinis ſit hæc planta iſti generi, quum vero Cl. *Brouwn.* ejus characterem in viva planta diſtinctum obſervavit, cum eo ad novum genus *Coccolobim* retuli.

TABULA CENTESIMA QUADRAGESIMA SEXTA.

Guajabara alia, racemoſa, foliis oblongis. *Plum. H. Mſſ. Tom.* v. *p.* 98.

COCCOLOBIS foliis cordato-oblongis, racemo terminatrice, caule arboreo.

Coccolobis foliis oblongo-ovatis, venoſis, uvis minoribus punctatis. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 210. *no.* 3.

Uvifera arbor Americana fructu punctato. *Plukn. Phyt. Tab.* 237. *Fig.* 4.

β *Arbor* Indica Glycyrrhizæ foliis ſubrotundis, floribus in prælongam ſpicam adactis. *Plukn. Amalt. p.* 22. *pl.* 5. *Tab.* 363. *Fig.* 4. quæ foliis rotundioribus differt.

FIGURA PRIMA.

Planta arborea, *Rami* lignoſi, geniculati, ſimplices, rotundi, læves.

Folia lata, ovata, venoſa, integerrima, vix petiolata, ad baſin cordata, largiſſime-emarginata.

Flores racemoſi, ſeſſiles, pentapetali, in ſimplici racemo terminatrice collecti.

Fructus ignotus, nec depictus.

Obſervatio. Habet hæc planta tantam cum antecedente adfinitatem, ut merito dubium quis movere poſſet, utrum ſufficienter ſpecie diſtinguatur, quum folia ad baſin etiam cordato-emarginata ſint, & ſæpius in hortis obſervemus plantas ludere & variare foliis rotundioribus ac magis oblongis, quum vero hujus plantæ nulli delineati ſint fructus, aliique auctores eas ſeparaverint, nil certi ſtatuere poſſum.

Guidonia Ulmi folio, flore roſeo & niveo. *Plum. nov. gen. p.* 4.

SAMYDA foliis ſerratis, oblongis, floribus axillaribus ſubſeſſilibus.

FIGURA SECUNDA.

Planta fruticosa, *Rami* simplices, vix divisi.
Folia alterna, ovato-oblonga, subsessilia, tenuissime & argute serrata.
Flores ex quavis ala solitarii, pedunculo brevissimo insidentes, ac subsessiles, quorum *Calix* quinquefidus *a*, nec pentaphyllus, *corolla* nulla.
Stamina simplici serie cincta duodecim *b*, nec plurima uti in *Grewia*.
Germen oblongum in fundo calicis situm, cum stilo simplici erecto *c*. qui *stigma* gerit globosum crassiusculum.
Fructus est capsula subrotunda, unilocularis quadrivalvis *d* & *e* quadrisulca, lineis distincta, valvis maturitate recedentibus.
Semina plurima nidulantia in receptaculo ovato pulposo *f* & *g*.
Observatio. Cl. *Boerhavius* in *H. L. Bat. pag.* 259. credidit hanc GUIDONIAM *Plum.* esse Synonymon *Grewiæ Occidentalis*, quæ frequentissima in nostris Hortis, atque a Cl. *Commel.* descripta est in *tom.* 1. *H. Amst.* sed ab illa specie quam maxime recedit, quum hæc folia orbiculata gerit, flores polypetalos, stamina plurima, fructumque pusillum globosum, ita ut Cl. auctor ipse fateatur *l. c.* quod *Plumier.* florem aliter pinxerit ac fructum, nostra itaque ab hac penitus diversa est, ipsiusque fructificatio omnino similis est SAMYDÆ characteri, quem dedit Cl. *Brouw. Hist. Jam. p.* 217. *Tab.* 23. *Fig.* 3. vide & *Linn. gen. no.* 525. *Amœnit. Acad. vol.* 1. *p.* 128. ac *Ludwig. def. gen. p.* 316. *no.* 1068.

TABULA CENTESIMA QUADRAGESIMA SEPTIMA.

GUIDONIA Aurantii foliis, aculeata. *Plum. nov. gen. p.* 4.

SAMYDA spinosa, foliis ovatis, denticulatis, floribus axillaribus racemosis & aggregatis.

Guidonia foliis ovatis, utrimque porrectis, alternis, quandoque erectis, racemis laxis alaribus. *Brouw. Hist. Jam. p.* 249.

FIGURA PRIMA.

Planta fruticosa.
Rami spinosi, spinis solitariis subulatis.
Folia ovata, utrimque acuminata, denticulata, venosa, alternata, solitaria, vix petiolata.
Flores pentapetali, axillares, seu ad alas conferti, ac glomerati, simulque racemosi.
Fructus trigonus, Olivæformis, glaber, trilocularis.
Semina copiosa, glabra, angulosa, uti in lateralibus figuris.

TAB. CXLVII.

Fig. 1.

SAMYDA spinosa,
foliis ovatis, denticulatis.

Fig. 2.

SAMYDA foliis ovatis acuminatis.

TAB. CXLVIII.

ARALIA foliis ovatis, umbellulis terminalibus.

Guidonia Nucis Juglandis foliis major. *Plum. Nov. gen. p.* 4.

SAMYDA foliis ovatis acuminatis, quatuor jugis, fl. racemosis axillaribus.

Samyda. Linn. spec. p. 443. *Amœnit. Acad. vol.* 1. *p.* 128. *no.* 1055. ubi ejus caracter.
Samyda foliis ovatis villosis, floribus confertis, fasciculis sparsis. *Brouw. Hist. Jam. p.* 218. *no.* 3.
Frutex baccifer, folio oblongo integro, &c. *Sloan. Cat. pl. Jam. p.* 173.

FIGURA SECUNDA.

Planta arborea.
Folia pinnata.
Foliola ovata, acuminata, integerrima, quatuor paria, seu pinnæ obpositæ.
Racemus ex ala simplex, longissimus, laxus.
Calix quadrifidus.
Corolla quadrifida, uti in lateralibus figuris, cum staminibus in orbem sitis in calicis centro.
Flores in longis laxisque racemis axillaribus.
Observatio. Hujus & altera species in *Plumier.* iconibus reperitur, quæ ipsi dicitur *Guidonia* Juglandis folio minor, sed quæ potius prioris varietas censenda est, atque in eo ab altera differt, quod foliolum paria gerat octo cum inpari extremo, quæque duplo minora sunt, cæterum florum racemi & ortus iidem, si quis tamen diversas esse velit, dici potest *Samyda* foliis ovatis acuminatis, octo jugis.

TABULA CENTESIMA QUADRAGESIMA OCTAVA.

Edera arbor, folio hastato. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 18. *T. inst. p.* 613.

ARALIA foliis ovatis, umbellulis terminalibus.

Aralia arborea, foliis nitidis, oblongo-ovatis, umbella laxa, radiis singulis glandula notatis. *Brouw. Hist. Jam. p.* 189.
Laurifolia arbor, flore tetrapetalo, fructu racemoso rotundo cannulato & coronato. *Sloan. Cat. pl. Jam. p.* 136. *Hist. Jam. vol.* 2. *Tab.* 163. *Fig.* 2.

Planta arborea.
Folia ovata, acuminata, petiolata, alternata, integerrima.
Spica florum corymbosa.

Flores in umbellulis propriis.
Calix in fructum abit, hinc potius *Araliæ* habenda ſpecies.
Fructus eſt bacca globoſa, ſulcata, ac coronata,
Semina continens oblonga ſtriata, uti in ſeparatis ejus partibus patet.
Obſervatio. Ex hac planta ſumma adfinitas patet inter Hederas & Aralias in ordine naturali, quod & Cl. *Linn.* in *Phil. Botan. p.* 32. *no.* 49. itidem obſervavit, hanc tamen proprie ad *Aralias* pertinere cum Cl. *Brouw.* putavi, ex calicis inprimis forma, ac fructificatione.

TABULA CENTESIMA QUADRAGESIMA NONA.

H*Edyſarum* triphyllum majus & minus. *Plum. Cat. p.* 8.

HEDYSARUM foliis ternatis, ovatis, floribus ſpicatis.

Hedyſarum foliis ternatis ſubtus ſcabris, floribus racemoſis conjugatis. *Linn. ſpec. pl. p.* 748. *no.* 16.
Hedyſarum triphyllum fruticoſum majus & minus. *Sloan. Cat. p.* 73. *Hiſt. vol.* 1. *p.* 185. *Tab.* 116 & 118. & *vol.* 2. *p.* 369.
Hedyſarum triphyllum cauleſcens, erectum, floribus minimis, ſpicis laxis terminalibus. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 300. *no.* 8.
Onobrychis Americana, fl. ſpicatis, foliis ternis caneſcentibus, ſiliculis aſperis. *Plukn. Alm. p.* 270. *Phyt. T.* 308. *Fig.* 5.

FIGURA PRIMA.

Planta fruticoſa.
Rami ſimplices, vix diviſi, glabri.
Folia ternata, ovata, inferiora minora, medium majus, petiolata ac ſtipulata.
Flores ſpicati, terminatrices, pedunculati.
Siliquæ cymbæ ſeu falciformes, ſuperne glabræ, rectæ, ac ſulcatæ, inferne ſinuoſæ ſeu undulatæ, glabræ, quæ in majori ſpecie juxta iconem quaſi articulatæ ac ſæpius geminatæ ſunt, ad ipſarum ortum ſtipulis ſetaceis notatæ, quæ ad petiolorum ortum quoque progerminant. Florum porro ſpica in majore ſpecie ramoſa, & quaſi panicula eſt, paniculis alternis, erectis, ac laxis, e quibus legumina alternatim dependent articulata, articulis ſubrotundis glabris.

H*Edyſarum* arboreſcens, foliis Mimoſæ. *Plum. Cat. p.* 1.

ÆSCHYNOMENE mitis, foliolis lineari-oblongis, pedunculis ramoſis.

Onobrychis Orientalis Mimoſæ brevioribus foliis, ſiliquis falcatis & dentatis, ad faſtigia ramulorum ortis. *Plukn. Almag. p.* 270. *Tab.* 309 *Fig.* 3.

Æſchy-



Fig. 1.
HEDYSARUM
foliis ternatis, ovatis.

Fig. 2.
ÆSCHYNOMENE mitis,
foliolis lineari-oblongis.

Fig. 2.

PORTULACA foliis obovatis.

Fig. 1.

TURNERA hiſpida, pedunculo axillari.

β *Æschynomene* caule scabro, leguminum articulis medio scabris. *Linn. spec. pl. p.* 713. *no.* 1.
Æschynomene caule scabro, folio infimo quadripenni. *Linn. H.Cl. p.* 365. &c.
Mimosa non spinosa major Zeylanica. *Breyn. Cent. p.* 51. *T.* 52.
Hedysarum annuum majus, Zeylanicum, Mimosæ foliis. *Tourn. inst. p.* 402. *Burm. Th. Zeyl. p.* 119. ubi vide reliquos auctores.

FIGURA SECUNDA.

Planta arborea.
Caulis amosus, simplex, glaber.
Folia pinnata, *foliola* oblonga, fere linearia, a viginti ad triginta paria, nervo medio crassiore notata, subsessilia.
Flores ex alis plerumque gemelli, pedunculati, papilionacei.
Siliquæ planæ, seu compressæ, articulatæ, seu isthmo distinctæ, in singulo articulo unicum oblongum continentes semen.
Observatio. Hæc planta tota sua facie adeo similis est Zeylanicæ Mimosæ *Breynii*, ut hanc ab ea separare non audeam, plura enim ejus plantæ vidi & habeo specimina, quæ glabra penitus, ac florum pedunculos quodammodo ramosos gerunt, ita ut hæ facile combinari possint, nec nota realis, quantum video, eas distinguat.

TABULA CENTESIMA QUINQUAGESIMA.

H*Elianthemum* Betonicæ folio, caule hirsuto. *Plum. Cat. p.* 7.
TURNERA hispida, pedunculo axillari, geniculato.

FIGURA PRIMA.

Planta herbacea.
Radix fibrillosa.
Caulis simplex, erectus, indivisus, hispidus.
Folia lanceolato-dentata, scabra, punctata, alternata, vix petiolata.
Flores axillares, solitarii, pedunculati, pentaphylli, uti in separatis lateralibus, *a* & *b* patet.
Fructus, seu capsula seminalis subrotunda, unilocularis, trivalvis, per maturitatem in tria segmenta dehiscens *c*.
Semina continens exigua, subrotunda *d*, glaberrima.
Observatio. Hæc planta mihi videtur penitus diversa & aliena esse a Cistis, pauciora enim florum stamina, ac pedunculi geniculo instructi, ut & folia alternata declarant magis adfinem esse *Turneris*, unde & eo tam diu hanc reduxi, donec examen in viva dein id magis confirmat; statura autem ac facies hujus plantæ quam maxime singularis est.

H*Elianthemum* fruteſcens, Portulacæ folio. *Plum. Cat. p.* 7.

PORTULACA foliis obovatis, depreſſis, caule fruticoſo, floribus racemoſis.

FIGURA SECUNDA.

Planta fruticoſa, ac ramoſa.
Rami ſimplices, vix diviſi.
Folia craſſa, avenia, glaberrima, ovato-anguſtata, integerrima, utcunque alternata, ac ſeſſilia.
Florum racemus ſimplex, faſtigatus, rariores ac ſolitarios gerens flores, pedunculosque uniflores ac ſtipulatos.
Obſervatio. Dubia hæc planta eſt, ſed quum folia ſint craſſa & alternata, quod vix obtinet in Ciſtis, excepta unica forte ſpecie, ac calix inſuper bifidus ſit depictus, hinc propius ad *Portulacas* accedit, præterquam quod vaſculum ſeminale etiam optime reſpondeat huic generi, quod uniloculare ac trivalve eſt.

Finis Faſciculi Sexti.

PLANTARUM AMERICANARUM

FASCICULUS SEPTIMUS,

Continens Plantas, quas olim

CAROLUS PLUMIERIUS,

Botanicorum Princeps

Detexit, Eruitque,

Atque in INSULIS ANTILLIS ipſe depinxit.

Has primum in lucem edidit,

Concinnis deſcriptionibus, & Obſervationibus,

Æneisque Tabulis illuſtravit

JOANNES BURMANNUS, M. D.

Athenæi illuſtris, & in Horto Medico Amſtelædamenſi

PROFESSOR BOTANICES,

Academiæ Cæſareæ Naturæ Curioſorum Socius, Regiæque Societatis Scientiarum Upſalienſis Collega.

Sumtibus Auctoris,

Proſtant Amſtelædami in Horto Medico,

Atque

Apud PETRUM SCHOUTEN,

& LUGD. BATAV.

Apud GERARD. POTVLIET, & THEODOR. HAAK.

M. DCC. LVIII.

NOBILISSIMO & DOCTISSIMO VIRO,

LAURENTIO HEISTERO,

SERENISSIMI BRUNSVICENSIUM & LUNEBURGENSIUM DUCIS

CONSILIARIO AULICO, & ARCHIATRO,

MEDICINÆ, CHIRURGIÆ, & BOTANICES,

IN ACADEMIA JULIA CAROLINA,

QUÆ HELMSTADII EST,

PROFESSORI CELEBERRIMO:

ACADEMIÆ SCIENTIARUM CÆSAREÆ,

REGIÆQUE LONDINENSIS, ATQUE

BEROLINIENSIS COLLEGÆ MERITISSIMO;

AMICORUM INTEGERRIMO,

HUNC SEPTIMUM

PLANTARUM AMERICANARUM

FASCICULUM

GRATISSIMO DICAT ANIMO

JOANNES BURMANNUS.

TAB. CLI.

Fig. 1. HIERACIUM
✡ caule simplici.

Fig. 2.
VERBESINA
foliis linearibus.

PLANTARUM AMERICANARUM

FASCICULUS SEPTIMUS.

TABULA CENTESIMA QUINQUAGESIMA PRIMA.

Hieracium villoſum, Pulmonariæ Gallorum facie. *Plum. Cat. p.* 10. *Tourn. inſt. p.* 471.

HIERACIUM caule ſimplici, foliis radicalibus, ovato-oblongis, ciliatis.

Hieracium macrocaulon hirſutum ſolio longiore. *Ray tom.* 3. *p.* 169.
Hieracium Marianum, Pulmonariæ Gallicæ ſubrotundis foliis, Lactucæ floribus parvis. *Pluk. Mantiſſ. p.* 102. *Tab.* 420. *Fig.* 2.

FIGURA PRIMA.

Planta herbacea.
Radix fibroſa, in ſimplices diffuſas fibras ſeſe extendens.
Folia radicalia, ſeſſilia, terræ incumbentia, extenſa, ovato-oblonga, ſinuoſa, ciliata, & villoſa.
Caulis ſimplex, erectus, rarioribus ac minoribus ſimplicibus foliis gaudens, ſuperius flores paniculatos, in quovis pedunculo utcunque ternos gerens, quorum petala ad oras eleganter crenata.
Obſervatio. Hæc planta quam maxime adfinis eſt *Hieracio* murorum *Linn. ſpec.* 802. *no.* 15, ita ut vix differentia obſervetur, niſi in foliatura, quæ non ita dentata, ſed ſinuoſa potius, magisque lanata ſeu ciliata eſt, quæ diverſo climati forte adſcribenda, unde Europææ videtur eſſe varietas.

Jacobæa foliis Salicis ad margines villoſis. *Plum. Cat. p.* 10. *Tourn. inſt. p.* 487.

VERBESINA foliis linearibus, ciliatis, floribus axillaribus, ſeſſilibus.

FIGURA SECUNDA.

Planta herbacea.
Radix descendens, fibrillosa.
Caulis simplex, erectus, glaber, geniculatus.
Folia lanceolato-linearia, ciliata, sessilia, obposita, ad summum conferta, ex quorum alis
Flosculi solitarii, sessiles, quorum radios licet non rite expresserit *Plumier.* ex denominatione tamen, seu nomine *Jacobææ* intelligitur, radio esse instructos, quum *Tournefortii* methodo fuerit inbutus auctor, cæterum ex fructificatione marginali separata constat, ad *Verbesinæ* genus pertinere hanc plantam.

TABULA CENTESIMA QUINQUAGESIMA SECUNDA.

HYpericoides fruteſcens, erecta, flore luteo. *Plum. nov. gen. p.* 51.

ASCYRUM foliis oblongis, fruticosum, ramis erectis.

Ascyrum foliis ovatis, caule compresso. *Linn. spec. pl. p.* 788.
Ascyrum foliis ovatis. *Hort. Cliff. p.* 494. *Gron. Fl. Virgin. p.* 88.

FIGURA PRIMA.

Planta fruticosa, ramosissima.
Ramuli graciles, erecti, majores, dichotomi, qui in minores trichotomos subdividuntur.
Folia oblonga, sessilia, integra, bina obposita, nervo medio decurrente.
Flores terminales, solitarii, quadripetali, erecto-patentes, quorum duo petala obposita aliis duobus latiora sunt, cæterum horum characterem exactiss. definivit *Cl. Brouw.* in *Hist. Jam. p.* 309. ipsorumque ut & fructus Figuram optime delineavit. *Plum.* in *nov. gen. Tab.* 7. qui ulterius ibi examinari possunt.

HYpericoides fruteſcens, humifusa, fl. luteo. *Plum. nov. gen. p.* 52.

ASCYRUM foliis lanceolato-linearibus, biglandulis, ramulis diffusis.

Ascyrum fruticosum minus, supra decompositum, ramulis gracilibus, marginatis, foliis linearibus, sessilibus, basi biglandulis. *Brouw. Hist. Jam. p.* 309. ubi ejus character.

FIGURA SECUNDA.

Planta



Fig. 2.
ASCYRUM foliis lanceolato-linearibus.

Fig. 1.
ASCYRUM foliis oblongis.

TAB. CLIII.

OCHNA foliis
lanceolato-ovatis.

Planta ſubfruticoſa, tenera.
Ramuli flaccidi, decumbentes, ac diffuſi, ſuperius trichotomi.
Folia ſeſſilia, bina obpoſita, linearia, lanceolata, juxta *Plumier. l. c.* foraminulis pervia inſtar *Hyperici* vulgaris, unde & *Hypericoides* denominata fuit ab auctore, tanquam planta *Hyperico* accedens. Juxta *Brouw.* binis glandulis foliola ſunt inſtructa, atque ex ſingulis alis foliola duo trinervia obtuſa excreſcunt.
Flores ejuſdem ſunt formæ, eodemque modo oriuntur, uti in priore ſpecie.

TABULA CENTESIMA QUINQUAGESIMA TERTIA.

Jabotapita pyramidato flore luteo, fructu rubro. *Plum. nov. gen. p.* 42.

OCHNA foliis lanceolato-ovatis, ſerratis.

Ochna. Linn. fl. Zeyl. pag. 93. *ſpec. pl. p.* 513.
Jabotapita. Marcgr. Braſ. p. 101. *Piſon. p.* 166.
Arbor baccifera racemoſa, Braſiliana, baccâ trigona, proliſera. *Ray. hiſt. pl. p.* 1632.

Planta fruticoſa.
Rami ſimplices, vix diviſi.
Folia ſolitaria, ſparſa, ſubſeſſilia, lanceolato-ovata, ſubtiliter ſerrata, ac venoſa.
Flores faſtigati, in racemum congeſti, roſacei, pentapetali, quorum unus *a* antica, alter *b* poſtica parte, in Tabula conſpicitur: *c* eſt calix quinque partitus, cum ſtylo ſubulato erecto.
Fructus conſtat ex pericarpio ſubrotundo truncato & carnoſo *d*, cui baccæ utcunque binæ *ee* adcreſcunt olivæ formes, *f* molles, oſſiculum continentes *g* ejuſdem formæ, quod ſemen continet *h* oblongo-ovatum.
Obſervatio. Binas detexi arbuſculas in *Hermanni Herbar. Zeyl.* quarum una *Bokæræ* ibi vocatur, quam deſcripſi & delineandam curavi in *Theſ. Zeyl. p.* 123. cujus fructus optime conveniunt cum illis *Plumierii* plantæ, tum & totus ipſius habitus, ita ut ſine dubio hujus ſit generis.
Altera vero *Malkæræ* Cingalenſibus vocatur, cujus folia ſunt latiora ac magis ovata, ſed ſubtiliter quoque ſerrata. Flores vero non ſpicati, ſed plures ſimul congeſti ſunt ac fructus ſimplices olivæ formes dependentes ſine excreſcentiis, ita ut hanc putem ab hoc genere diverſam, licet *Cl. Linnæus* hanc in *Fl. Zeyl. p.* 93. cum ſuperiore planta conjunxerit, quod ibi latius ſub *no.* 209. examinari poteſt.

TABULA CENTESIMA QUINQUAGESIMA QUARTA.

Jacobæa arboreſcens, Helenii folio lucido. *Plum. Cat. p.* 10. *Tourn. inſt. p.* 487.

SOLIDAGO foliis ovatis, ſerratis, glabris, petiolatis, caule arboreſcente, floribus paniculatis, radio quadrifido.

Solidago arboreſcens, Helenii folio lucido. *Vaill. Act. Pariſ. ann.* 1720.

Planta arboreſcens.
Folia lata, ovato-acuminata, dentata, glabra, nervoſa, alternata.
Flores paniculati, copioſi, quadripetali, unde diſtincta eſt hæc ſpecies a congeneribus, licet omnes Solidagines rariora gerant petala in radio, ſed nulla tam pauca quam hæc ſpecies, quæ quatuor tantum habet, dein calicem etiam ſimplicem depinxit auctor, qui in aliis imbricatus eſt, uti in Tabulæ margine patet cum reliquis fructificationis partibus.

TABULA CENTESIMA QUINQUAGESIMA QUINTA.

Anraja ſcandens, foliis Tamni. *Plum. nov. gen. p.* 33.

RAJA foliis ſimplicibus, cordatis, acuminatis, ſeptinerviis.

Rajania foliis cordatis, ſeptinerviis. *Linn. ſpec. pl. p.* 1032. *no.* 2.

FIGURA PRIMA.

Planta ſarmentoſa, ſcandens.
Radix fuſiformis, tuberculoſa, ſuperne ad terræ ſuperficiem fibras adtollens ſimplices extenſas.
Caulis teres, flaccidus, ſcandens, ſarmentoſus.
Folia ſimplicia, ſeptinervia, cordato-oblonga, acuminata, reticulata, alternata, petiolata, ex quorum forma & habitu ſumma hujus generis adfinitas patet cum *Dioſcorea*, *Smilace*, ac *Tammo*.
Flores racemoſi, ex alis penduli, nunc quinquefidi *a*, nunc ſexfidi *b*, *germen* continentes ſubrotundum compreſſum *c*.
Fructus eſt alatus, ab uno latere cinctus alâ maxima, obtuſa & inflexa *d*, ita ut totum ſemen tegat, eſtque unicapſularis.
Semen unicum, ſubrotundum *e*.
Obſervatio. Hujus & altera ſpecies in *Plum.* opere de *pl. Amer.* occurrit, quæ *Bryonia* foliis auriculatis fructu alato *pag.* 84. vocatur, & *Tab.* 98. exhibetur, quæ *Rajania* foliis haſtato-cordatis a *Linn.* in *ſpec. p.* 1032. vocatur. Cæterum hoc genus in memoriam *Joannis Raji* inter Anglos Botanici ſummi RAJA dicendum eſt, cujus fata ac merita recenſentur a *Plum.* in *nov. gen. p.* 33. & a *Tourn.* in *Iſagog. p.* 53.

Jan-

SOLIDAGO foliis ovatis, serratis.

TAB. CLV.

Fig. 2

RAJA foliis quinis.

Fig. 1.

RAJA foliis simplicibus, cordatis.

c *b* *a*

d

e

TAB. CLVI.

Fig. 1.

LONICERA foliis lanceolato-ovatis.

Fig. 2.

IXORA foliis lanceolato-ovatis.

Anraja ſcandens, quinquefolia. *Plum. nov. gen. p.* 33.

RAJA foliis quinis, oblongis, trinerviis.

Rajania foliis quinis. *Linn. ſpec. p.* 1032. *no.* 3.

FIGURA SECUNDA.

Planta ſarmentoſa, ſcandens.
Folia ad ſingulos articulos quina, petiolata, oblonga, ſeu ovato-lanceolata, obtuſiuſcula, integerrima, trinervia, venoſa.
Florum racemi in medio internodiorum caulis, quum prioris ex alis dependent.
Obſervatio. Rariſſima hæc planta eſt, ac maxime ſingularis, quum folia ſua producat non in eodem petiolo digitata, uti in *Pentaphyllo*, ſed quinque ſeparata ad ſingulum caulis geniculum, propriisque petiolis inſidentia, tum & racemum florum ex ipſo caulis intermedio, non vero ex foliorum alis, uti plerumque in aliis obtinet plantis.

TABULA CENTESIMA QUINQUAGESIMA SEXTA.

Asminum arboreſcens Solani foliis, baccis nigro-violaceis. *Plum. Cat. p.* 17. *Tourn. iuſt. p.* 598.

LONICERA foliis lanceolato-ovatis, racemis patulis, corollis infundibiliformibus patentibus.

Jasminum arboreum, foliis Laurinis, ex adverſo naſcentibus, oblongis acuminatis, flore albo. *Sloan. Hiſt. Jam. tom.* 2. *Tab.* 205. *Fig.* 2.

FIGURA PRIMA.

Planta arborea.
Folia oppoſita, lanceolato-ovata, venoſa ac ſinuoſa, petiolata.
Flores corymboſi, per ramos ſparſi, patentes, infundibiliformes, corollis quinquefidis, ſtaminibus quinque *a*, piſtillo ſeu ſtilo biſido *b*.
Fructus eſt bacca didyma ſub calice nata *c*, unde patet hanc plantam proxima adfinitate jungi cum *Lonicera* corymboſa. *Linn. ſpec.*
Semina ſubrotunda, biſida, glabra *dd*.

J*Asminum* arboreſcens Lauri foliis, flore albo adoratiſſimo. *Plum. Cat. pl. p.* 17. *Tourn. inſt. p.* 598.

IXORA foliis lanceolato-ovatis, florum racemis diſperſis.

Pavetta foliis oblongo-ovatis, obpoſitis, ſtipulis ſetaceis, petiolis interpoſitis. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 142. *Tab.* 6. *Fig.* 1.
β *Ixora* foliis ovato-lanceolatis. *Linn. Fl. Zeyl. p.* 22.
Jasminum flore tetrapetalo flavo, Bemſchetti *H. Malab. Burm. Theſ. Zeyl. p.* 126. ubi vide reliqua.

FIGURA SECUNDA.

Planta fruticoſa.
Rami ſimplices, ſubnodoſi.
Folia obpoſita, ovato-lanceolata, venoſa, integerrima, petiolata.
Flores in ramorum ſummo corymboſi, laxi, patentes, corollis quadrifidis patentibus tubuloſis *a*. Staminibus quatuor ad tubum ſitis, ac germine ſubrotundo, depreſſo *b*, cui ſtilus ſimplex inſidet ſuperius bifidus *c*.
Fructus eſt bacca ſubrotunda *d*, unilocularis *e*,
Semina continens ſolitaria, ſubrotunda, quadrifida *f*.
Obſervatio. Quum hæc planta a variis auctoribus jam ſit delineata, ejus partes tantum ſeparatas exhibuimus, quumque a *Cl. Linnæo* ad *Ixoras* ſit relata, hinc nomen ejus retinuimus, licet haud inmerito ad *Pavettam* reducatur a *Cl. Brouw.* ob ſemen ſolitarium quadrifidum.

TABULA CENTESIMA QUINQUAGESIMA SEPTIMA.

J*Asminum* aliud arboreſcens, foliis Solani minus. *Plum. Cat. p.* 17.

JASMINUM foliis ovato-oblongis, floribus per ramos ſparſis.

Jasminum Periclymeni folio, flore albo, fructu flavo, rotundo, tetrapyreno. *Sloan. Hiſt. Jam. Tom.* 2. *Tab.* 204. *Fig.* 1.
Nandi Erratam minor *H. Malab. tom.* 2. *Tab.* 55.

FIGURA PRIMA.

Planta fruticoſa.
Folia ſimplicia, ſeu ſolitaria, ovato-oblonga, petiolata ac venoſa.
Flores corymboſi, per ramos ſparſi excreſcunt, uti & in ipſorum extremitatibus, quales in *H. Malab.* conſpiciuntur, ex quo ſuppleri poſſunt, quum auctoris noſtri ruditer & imperfecte ſint delineati, longiſſimis autem tubis conſtant.

Jas-

TAB. CLVII.

Fig. 1.

JASMINUM foliis ovato-oblongis.

Fig. 2.

CITHAREXYLON racemis longissimis.

TAB. CLVIII.



Asminum arboreſcens, racemoſum, foliis Lauri. *Plum. Hiſt. mſſ. tom.* 6. *pag.* 62.

CITHAREXYLON racemis longiſſimis.

Citharexylon fruticoſum, foliis ſubelipticis, petiolis pedatis, calicibus truncatis, ſpicis terminalibus longioribus. *Brouw. Hiſt. Jam.* 265. *Tab.* 28. *Fig.* 2.

FIGURA SECUNDA.

Planta fruticoſa.
Rami ſimplices, ſubnodoſi.
Folia obpoſita, ovato-acuminata, venoſa, integerrima, petiolata.
Florum racemus longiſſimus, faſtigatus, ex ſuperiorum foliorum alis excreſcens.
Flores ipſi ſunt monopetali, quinque partiti, tubulati *aa*, cum germine ovato *bb*, uti a *Plum.* depicti ſunt, reliquæ vero fructificationis partes cum ipſarum charactere a *Cl. Brouw. pag.* 264. adcurate denotantur.

TABULA CENTESIMA QUINQUAGESIMA OCTAVA.

Icago fructu ex albo rubeſcente. *Plum. nov. gen. p.* 44.

CHRYSOBALANUS. *Linn. ſpec. p.* 513.

Chryſobalanus fruticoſus, foliis orbiculatis, alternis, floribus laxe racemoſis. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 250. *Tab.* 17. *Fig.* 5.
Pruuo Sebeſtanæ ſimilis Americ. *Plukn. Almag.* 306. *Tab.* 217. *Fig.* 2.
Prunus Icaco *Labat. itin.* 3. *p.* 30.
Acaja & *Ibanetara. Marcgr. Braſ. p.* 129.

Planta arborea.
Caulis & *rami* tuberculis ſcabri.
Folia ſubovata, obtuſa, integerrima, venoſa.
Florum petala quinque patentia, plana *a* & *b*, cum calice quinquefido perſiſtente *c*, & ſtaminibus plurimis erectis, quæ a *Brouwn.* elegantter in ſua *Tabula* delineantur.
Fructus ovatus, carnoſus mollis, unilocularis, nucem tegens fragilem, rugoſam, quinque ſulcis notatam, uti in diſſecto fructu *d* & exempta nuce *e* adparet, quæ nucleum continet ovato obtuſum *e* & *f*.
Obſervatio. Variat hæc arbor ſuis fructibus, qui nunc flavi, nunc nigri, & purpurei obſervantur, uti auctoris denominatio docet, qui a *Linnæo* in *ſpec.* ſuis recenſentur, quique Barbarum Americ. *Icago* nomen rejecit,

cit, Græcumque compoſitum ſubſtituit a fructu ſeu *Balano* aureo deſumptum, quod in re Botanica receptum eſt.

Sloaneus in *Hiſt. Jam. tom.* 2. *p.* 126. huic arbori junxit Myrobolanum ſuam, quæ folia gerit pinnata, uti *Condondon Rumphii lib.* 1. *Tab.* 60. ſed quæ toto cælo ab hac differunt arbore, uti ex figurarum comparatione liquet, unde & Cl. *Linnæus* eum ſecutus eſt in ſpeciebus ſuis, adjunxitque noſtræ arbori ex auctoritate Sloanei Myrobolanos iſtas, nec potuit aliter, quam diu noſtram non viderat iconem, quæ itaque ibi rejiciendæ ſunt.

TABULA CENTESIMA QUINQUAGESIMA NONA.

KEtmia aculeata, flore ampliſſimo, coccineo. *Plum. Cat. p.* 2. *Tourn. inſt. p.* 101.

HIBISCUS foliis trilobis, ſerratis, caule aculeato.

Narinampuli H. Malab. tom. 6. *Tab.* 44?

FIGURA PRIMA.

Planta fruticoſa, cujus caulis & rami, ut & foliorum petioli aculeis recurvis exaſperati.

Folia triloba, acuta, ſerrata, petiolata, lacinia intermedia majore.

Flores ingentes, patuli, coloris coccinei.

Capſula ſeminalis ſtrigoſa, pilisque hirta, unde patet ſumma hujus plantæ adfinitas cum *Hibiſco Sabdarifa* & *Surattenſi Linn. ſpec. p.* 695. a quibus tamen foliis trilobis nec quinquepartitis, ut & corolla coccinea differt.

KEtmia alia aculeata, flore ampliſſimo ex purpura nigro. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 2.

HIBISCUS foliis inferioribus quinquelobis, palmatis, ſuperioribus trilobis, caule aculeato.

FIGURA SECUNDA.

Hæc a priori differt, quod folia inferiora ſint quinqueloba, latiora, & inſtar Vitis expanſa ſeu palmata, cæterum ſerrata, ac ſuperiora inſtar prioris triloba, ſed non tam profunde inciſa, unde & hujus plantæ folium tantum inferius inſculpendum curavi, cæterum flores fructusque conveniunt, excepto quod calix villoſus in hac ſit, qui in priore glaber, caulis porro & rami, ut & foliorum petioli, illorumque etiam coſtæ aculeis retroflexis & deſcendentibus exaſperatæ ſunt, ita ut proxime inter ſeſe conveniant, ac fere varietates cenſendæ ſint, quin hæc propius ad *Sabdariffam* accedat.

TA-

Fig. 1.

HIBISCUS foliis trilobis.

Fig. 2.

HIBISCUS foliis palmatis.

a
b
c
a
Fig. 1.
HIBISCUS
foliis cordato-ovatis.
b
c
Fig. 2.
HIBISCUS foliis
cordato-angulatis.
b
c
d

TABULA CENTESIMA SEXAGESIMA.

KEtmia fruteſcens, Mori folio, flore purpureo. *Plum. Cat. p.* 3. *Tourn. inſt. p.* 101.

HIBISCUS foliis cordato-ovatis, acuminatis, ſerratis.

Althæa Jamaicenſis arborea, foliis oblongis, mucronatis, glabris, floribus amæne rubellis. *Plukn. Almog. p.* 24. *Phyt. Tab.* 259. *Fig.* 3.
β *Hibiſcus* foliis ovatis, acuminatis, ſerratis, caule ſimpliciſſimo. *Linn. ſpec. pl. p.* 693. *no.* 1.
Alcea roſea peregrina, *Corn. Hiſt. Canad. p.* 144. *Tab.* 145.

FIGURA PRIMA.

Planta fruticoſa. *Rami* ſimplices, indiviſi.
Folia cordato-ovata, acuminata, ſerrata.
Pedunculi terminales, racemoſi.
Florum petala plana, patentia, vulgaris & mediocris formæ.
Capſulæ ſeminales acuminatæ, glabræ, quinque lineis notatæ, & quinque capſulares, uti ex integra *a* & diſſecta *b* patet.
Semina ſubrotunda, reniformia, glabra *c*.

KEtmia ampliſſimo folio angulato, fructu hiſpido, clypeato. *Plum. Cat. p.* 3. *Tourn. inſt. p.* 100.

HIBISCUS foliis cordato-angulatis, capſulis truncatis, hiſpidis.

Hibiſcus fruticoſus, diffuſus, foliis cordato-angulatis cum acumine, capſulis interne & externe hirtis, pruriginoſis. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 286. *no.* 8.

FIGURA SECUNDA.

Planta fruticoſa.
Folia ampliſſima, angulato-cordata, acuminata.
Florum petala contracta, quinquepartita, revoluta *a*.
Fructus eſt capſula, turbinata, truncata *b*, calici ampliſſimo inmerſa *c*, quinquelocularis *d*.
Semina ſubrotunda, reniformia *e*.

TABULA CENTESIMA SEXAGESIMA PRIMA.

Pinus foliis quinis ab eodem exortu. *Plum. Cat. pl. p.* 17.

PINUS foliis quinis, ſcabris. *Linn. ſpec. p.* 1001. *no.* 5.

Pinus foliis longiſſimis, ex una theca quinis. *Cold. Norib.* 229.
Pinus Virginiana, conis longis, non ut in vulgari echinatis. *Plukn. Almag. p.* 297.
Larix Americana, foliis quinis ab eodem exortu. *Plum. Tourn. inſt. p.* 586.

Planta arborea.
Rami ſcabri ac ſquamoſi ex foliorum lapſu, quod frequens in omni Pinu.
Folia longiſſima, linearia, ſcabra, quina ſimul ex eodem ortu, ſeu theca *a*, ad ſummum confertiſſima, inferne decidua.
Strobili ſpithamæi, & quaſi ſquamoſi, conſtantque ex plurimis ſquamis ſeu cotyledonibus truncatis & angulatis *b*, quæ ſemina continent oblonga, irregularia *cc.*

TABULA CENTESIMA SEXAGESIMA SECUNDA.

Lavandula fruteſcens, foliis latioribus, crenatis. *Plum. Cat. pl. p.* 6. *Tourn. inſt.* 198.

VERBENA diandra, ſpicis ovatis, foliis lanceolatis, ſerrato-plicatis, caule fruticoſo. *Roy. pr. fl. Lugd.* 327. *Linn. ſpec. p.* 19. *no.* 3.

Sherardia nodiflora, Stæchadis ſerratifolii folio. *Vaill. ſtr. fl. p.* 49.
Stechas Curaſſavica, latifolia, incana. *Herm. Par. Bat. pr. p.* 379.
β *Verbena* ſubfruticoſa, reclinata, foliis anguſtis, ſerrato-dentatis, pedunculis longis, ſolitariis, floribus conglobatis. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 116. *Tab.* 3. *Fig.* 1. cujus folia non tam profunde inciſa, ac ſpicæ breviores, magisque conglobatæ, cæterum eadem.

FIGURA PRIMA.

Planta fruticoſa.
Rami nodoſi.
Folia lanceolata, ſerrato-plicata, vix petiolata.
Florum pedunculi oppoſiti, longiſſimi, axillares, ſpica ovato-oblonga, obtuſa: calyces patentes.

PINUS.
foliis quinis.

Fig. 2.

NEPETA foliis ferratis.

Fig. 1.

VERBENA foliis lanceolatis, ferrato-plicatis.

TAB. CLXIII.

Fig. 2.

MENTHA.
fruticosa.

Fig. 1.

BALLOTA.
foliis cordatis.

MELISSA alia ſpicata, Lavandulam ſpirans, minor. *Plum. Cat. pl. p. 6.*

NEPETA foliis ſerratis, ovato-acutis, ſpicis imbricatis, acuminatis, caule exaſperato.

FIGURA SECUNDA.

Planta herbacea.

Caulis erectus, ſimplex, quadragonus, cujus anguli aculeis ciliati, ſeu exaſperati, quod peculiare in hac planta.

Folia obpoſita, petiolata, ovato-acuta, ſerrata, odorata.

Florum ſpica acuminata, ſeu pyramidalis, imbricata, pedunculata, axillaris, binis foliolis ſuffulta.

Fructificatio ab auctore inperfecte delineata, ita ut nil certi de ea commentari poſſim, ex habitu tamen proxime ad *Nepetæ* genus pertinere videbatur, cæterum in multis convenit cum Alopecuro-Veronica. *Linn. fl. Zeyl. no.* 411. cujus deſcriptionem ibi vide; ſed differt foliis petiolatis.

TABULA CENTESIMA SEXAGESIMA TERTIA.

MELISSA ſpicata, Lavandulam ſpirans major. *Plum. Cat. pl. p. 6.*

BALLOTA foliis cordatis, ſublobatis, floralibus ovatis, ac ſerratis.

FIGURA PRIMA.

Planta herbacea.

Caulis quadragonus, ſimplex.

Folia obpoſita, petiolata, cordata, ſublobata, inæqualiter dentata; ſuperiora, ſeu floralia ovata, vix petiolata, ac ſerrata.

Flores duplici modo oriuntur, laterales in denſas ſpicas collecti; caulini, ſeu ſuperiores in craſſos verticillos ad foliorum alas excreſcunt, magnis calicibus quinque dentatis ſetaceis contenti, qui in Tabulæ ſuperiore parte ſeparati exhibentur, ubi ſunt *a* calix integer, *b* diſſectus cum germine, *c* germen ipſum, *d* idem diſſectum, *e flos* calici inſidens, *f flos* ſimplex, *g calix*, in quo floris rudimentum continetur.

Obſervatio. Licet hæc planta ſit maxime obſcura, ex habitu tamen & calyce videtur proxime ad *Ballotes* genus pertinere.

MELISSA altiſſima globularia. *Plum. Cat. p. 6.*

MENTHA fruticoſa, pedunculis lateralibus nudis, capitatis, globoſis, foliis ovatis, ſerratis.

FIGURA SECUNDA.

Planta fruticosa.
Rami simplices, erecti, sulcati, scabri.
Folia obposita, petiolata, ovata, serrata.
Florum capitula axillaria, pedunculata, globosa, nuda, quorum calices ab auctore inprimis delineati exhibentur.
Flos vero quadripartitus separatus est *a*, *b* calix quadritentatus, *c* capsula seminalis, *d* semina quatuor contenta.
Observatio. Hæc planta proxime adcedit ad Mentham Canariensem, *Linn. spec. p.* 578, a qua tamen differt capitulis solitariis axillaribus nudis, quum altera plures simul & irregulares gerat, nec semper ex alis obpositos globulos.

TABULA CENTESIMA SEXAGESIMA QUARTA.

MELISSA humilis, caule hispido. *Plum. Cat. p.* 6.

MESOPHAERUM foliis cordato-ovatis, serratis, caule hispido.

β *Mesophærum* hirsutum, foliis cordatis, serrato subsinuatis, floribus verticilliter spicatis. *Brouw. hist. Jam. p.* 257. ubi character.
Marrubium odoratissimum, Betonicæ foliis. *Burm. Thes. Zeyl. T.* 71.
Mentastrum maximum, flore cæruleo, Nardi odore. *Sloan. Hist. Jam. vol.* 1. *Tab.* 102. *F.* 2.

FIGURA PRIMA.

Planta herbacea.
Caulis erectus, simplex, hispidus.
Folia cordato-ovata, acuminata, serrata, petiolata.
Flores ex alis conferti, ab auctore ruditer delineati, uti in marginalibus figuris apparet, ubi & calix monophyllus, ac tubulosus & dentatus debebat esse, ita ut fructificatio hujus plantæ sit incerta, atque ex *Cl. Brouw.* charactere & delineatione ulterius suppleri oporteat, cum quo genere proxime convenire mihi visa fuit *Plumierii* planta, licet Marrubium *Thes. Zeyl.* a Cl. *Linnæo* ad *Monardam* fuerit relatum, de quo vide ejus *fl. Zeyl. p.* 9. *no.* 24.

LIGUSTRUM aculeatum, fructu testiculato. *Plum. Cat. p.* 17.

VOLKAMERIA spinis petiolorum rudimentis. *Linn. spec. p.* 637.

Clerodendrum fruticosum, spinosum, foliis inferioribus confertis, superioribus obpositis, pedunculis tripartitis, trifloris, alaribus. *Brouw. Hist. Jam. p.* 262. *Tab.* 3. *Fig.* 2.

Li-

TAB. CLXIV.

Fig. 1.
MESOPHÆRUM.

Fig. 2.
VOLKAMERIA.

TAB. CLXV.

Fig. 1.

LOBELIA.

Fig. 2.

UTRICULARIA.

Liguſtroides H. Cliff. p. 498.
Douglaſia ſpinoſa, Liguſtrifolia. *Amm. Herb.* 576.
Paliuro affinis Liguſtrifolia, ſpinoſa, flore monopetalo, difformi. *Sloan. Cat. Jam.* 137. *Hiſt.* 2. *p.* 137. *Tab.* 166. *Fig.* 2 & 3.

FIGURA SECUNDA.

Planta fruticoſa ac ſpinoſa.
Rami ſimplices, vix diviſi.
Folia inferius conferta, ſuperius rariora, oblonga, integerrima, venoſa, vix petiolata.
Spinæ proveniunt e baſi petiolorum perſiſtente a foliis deciduis.
Florum pedunculi dichotomi, qui ſuperius tripartiti, ternos utcunque proferunt flores, qui calici magno expanſo inſident.
Flores ipſi ſunt monopetali, tubuloſi, altero latere aperti, uti in Vitice, ſtaminibus longiſſimis, corolla duplo longioribus, quæ ſex numero delineavit auctor, quæ juxta Cl. *Brouw.* quatuor modo deſcribuntur, ita ut errorem forte commiſerit noſter auctor, quum vero mutilare ejus figuram noluerim, iconem juxta ejus delineationem dedi.
Fructus eſt bacca ſubrotunda, bifida, binis nucleis referta, pericarpio inſidens, uti ex icone patet, quo a *Clerodendro* differt.
NB. In ordine iconum *Plumierii* ſequitur
Lilio-Aſphodelus flore umbellato, albo, coſta purpurea notato, quum vero hic in nulla parte differt, niſi foliatura crenata a planta *Dillenii* in *H. Eltham. Tab.* 160. & a *Commel. pl. rar. Tvb.* 14. exhibitis, ſuperfluum foret, hanc denuo deſcribere & exhibere, cæterum hæc planta *Crinum* corollarum apicibus introrſum unguiculatis a *Linn ſpec. p.* 292. *no.* 3. vocatur.
Sic & *Lilio-Aſphodelus* bifolius fl. ſingulari purpureo & albo *Plum.* quum vero hæc planta a variis auctoribus ſit delineata, eam omiſimus, vocatur autem *Amaryllis* ſpatha uniflora, corolla æquali, piſtillo declinato a *Linn. in ſpec. p.* 292. *no.* 2. ubi reliqua vide.

TABULA CENTESIMA SEXAGESIMA QUINTA.

Lobelia fruteſcens; Portulacæ folio. *Plum. nov. gen. p.* 21. *Catesb. Carol.* 1. *p.* 79.

LOBELIA fruteſcens, foliis ovali-oblongis, integerrimis. *Linn. Fl. Zeyl. p.* 148. *ſpec. pl. p.* 929.

ß *Bugloſſum* litoreum. *Rumph. Herb. Amb. lib.* 6. *cap.* 59. *Tab.* 54.

FIGURA PRIMA.

Planta fruticosa.
Rami crassi, teretes, scabri.
Folia obverse-ovata, obtusa, glabra, carnosa, avenia, in petiolos desinentia, ad summum conferta, decidua.
Flores in pedunculis geniculatis excrescunt, quales cum fructu a *Plum. in nov. gen l. c.* describuntur.
Observatio Hæc planta in plurimis optime convenit cum Asiatica, quæ a *Rumph.* describitur, quamque comparat cum *Bola Modagam H. Malab. tom.* 4. *Tab.* 59. ita ut harum varietates diverso cælo ac solo magis sint adscribenda, quam quod diversæ sint species.

LAnaria paluſtris, Fæniculi folio. *Plum. Cat. p.* 6.

UTRICULARIA caule repente, foliis pinnatifidis, setaceis.

Utricularia caule folioso. *Linn. spec. p.* 18. *no.* 7.
Utricularia foliis capillaceis, ramosis, scapo assurgente nudo, superne ramoso. *Brouw. Hist. Jam. p.* 119.
Lentibularia Americ. Fæniculi folio. *Vaill. Act. Paris. ann.* 1719. *p.* 29.

FIGURA SECUNDA.

Planta paludosa, caule repente diffuso, qui fibras undique emittit radicales simpliciſſimas.
Folia ad caulem alternatim excrescunt composita, seu pinnatifida, ex foliolis capillaceis seu setaceis ramosis alternatisque constructa.
Florum scapus erectus, simplex, rigidus, multiflorus.
Observatio. Quod hæc singularis planta sit vera species *Utriculariæ* nullum est dubium, quodque distincta sit species a reliquis, constat ex foliis compositis, scapo rigido multifloro, caule repente sub aqua; quo modo autem vera notâ specifica a reliquis distinguatur, in loco natali ulterius inquirendum, quum florum ac fructificationis partes ab auctore ruditer & inperfecte sint delineatæ.

TABULA CENTESIMA QUINQUAGESIMA SEXTA.

LOnicera flore coccineo, baccis ingris. *Plum. nov. gen. p.* 17.

LORANTUS *Linn. spec. p.* 331.

Loranthus racemosus, flore coccineo, baccis nigris. *Vaill. Act. Paris.* 1722 *p.* 274.

FIGURA PRIMA.

Planta

TAB. CLXVI.

Fig. 1.

LORANTUS.

Fig. 2.

MALPIGHIA foliis ovatis.

Planta fruticosa.

Folia in caule opposita, in ramis alternata, ovata, trinervia, obtusa, sessilia, integerrima.

Flores in racemis corymbosis terminalibus & lateralibus, quales ab auctore in *nov. gen. l. c.* cum fructificatione describuntur.

Observatio. Differt hæc planta toto genere a reliquis *Loniceris*, bacca monopyrena, corolla divisa in sex partes, staminibus sex, nec quinque uti in *Linnæi Loniceris*, unde & *Cl. Vaill.* distinctum ex hac planta constituit genus, de quo vide *l. c.*

M*Alpighia* Mali Punici facie. *Plum. nov. gen. p.* 46.

MALPIGHIA foliis ovatis, integerrimis, glabris, pedunculis unifloris. *Linn. H. Cliff.* 169. *spec. p.* 425.

Malpighia fruticosa, erecta, ramulis gracilibus, patentibus, floribus solitariis. *Brouw. Hist. Jam. p.* 230. *no.* 3.

Cerasus Americanus fructu tetrapyreno. *Comm. H. Amst.* 1. *T.* 75.

Cerasa Americana. *Merian. Surin. Fig.* 7.

Cerasus Americ. Myrti conjugatis foliis, fructu acerbo, tetrapyreno. *Plukn. Alm.* 94. *T.* 157. *F.* 7.

Arbor baccifera, folio subrotundo, fructu Cerasino, sulcato, rubro, polypyreno, officulis canaliculatis. *Sloan. Cat. jam.* 172. *Hist.* 2. *p.* 106. *T.* 207. *F.* 2. *Ray. dendr. p.* 74.

FIGURA SECUNDA.

Planta fruticosa.

Caulis ramosissimus, brachiatus, in tenellos simplices oppositos ramulos distinctus.

Folia opposita, ovata, utrimque acuta, subsessilia, venosa, integerrima.

Flores axillares, pedunculati, solitarii, quorum petala eleganter crenata.

Fructus sunt baccæ molles, angulosæ, subrotundæ, sulcatæ, semina canaliculata & quasi masticata gerentes, uti in figuris separatis patet.

Observatio Licet hæc arbuscula a variis auctoribus sit denominata & exhibita, a nullis tamen ipsius flores ac fructus sunt delineati, nisi a *Merian*, in cujus icone folia ab Erucis lacerata inperfecta sunt, quæque a nostris recedunt, hujus itaque ramulum tenellum lateralem cum floribus ac fructibus, ipsorumque separatis partibus incidendum curavimus, qui adcurate repræsentat plantam in hortis nostris satis obviam.

Cæterum hoc plantarum genus in memoriam magni Marcelli *Malpighii* denominatum est, de quo vide *Auctorem* nostrum in *nov. pl. gen. l. c.*

TABULA CENTESIMA SEXAGESIMA SEPTIMA.

Malpighia latifolia & anguſtifolia, folio ſubtus ſpinoſo; *Plum. nov. gen. p.* 46.

MALPIGHIA foliis oblongo-ovatis, ſetis decumbentibus rigidis, pedunculis umbellatis, ſeu unifloris aggregatis. *Linn. ſpec. p.* 426. *no.* 2.

Malpighia viminea, foliis oblongis, hiſpidis, racemis alaribus. *Brouw. hiſt. Jam. p.* 229.

Meſpilus Americ. folio lato, ſubtus ſpinoſo, fructu rubro. *Tourn. inſt. p.* 642.

Arbor baccifera, folio oblongo, ſubtiliſſimis ſpinis ſubtus obſito, fructu Ceraſino, ſulcato, polypyreno, officulis canaliculatis. *Sloan. Cat. Jam.* 112. *Hiſt.* 2. *p.* 106. *Tab.* 207. *Fig.* 3. *Ray. dendr. p.* 24.

FIGURA PRIMA.

Planta fruticoſa.

Folia obpoſita, ovato-oblonga, ſubtus hiſpida, integerrima, ſubſeſſilia.

Florum pedunculi ex alis multiflori & quaſi umbellati.

Fructus eſt bacca ſuccoſa, ſulcata, tetrapyrena, intus continens *ſemina* quatuor coalita *a* & *b* ab utraque parte conſpicua: *c* eſt *ſemen* unicum integrum, *d* eſt *nucleus* ſeminis.

Obſervatio. Hodie ſatis frequens eſt in noſtris hortis, habetque folia ſetis rigidis recurvis adſperſa, quæ in icone ſatis diſtincte notantur, & quibus manus tangentium pungunt, unde & *urens* a *Linnæo* vocatur, cæterum racemi in hac ſpecie axillares ſunt & aggregati.

Malpighia Aquifolii amplioribus foliis. *Plum. Cat. pl. Amer. in append.*

MALPIGHIA foliis lanceolatis, dentato-ſpinoſis, alternis.

Ilex foliis Agrifolii Americana &c. *Plukn. Phyt. Tab.* 196. *Fig.* 3. itidem ſola folia ſine flore vel fructu.

FIGURA SECUNDA.

Plumierius hujus fruticis foliaturam ſolummodo delineavit, & licet ad *Malpighiam* retulerit, paradoxum tamen ob folia alternata, quæ in reliquis plerumque ſunt obpoſita, videtur, unde vix hujus generis eſt, ac videtur potius ad *Mancaniliam* ejus Aquifolii foliis pertinere, quæ infra exhibebitur, quod ex flore & fructibus in loco natali determinari oportet.

TA-

TAB. CLXVII.

Fig. 2.

MALPIGHIA
foliis lanceolatis.

Fig. 1.

MALPIGHIA
foliis oblongo-ovatis.

a

b

c

d

TAB. CLXVIII.

Fig. 2.

MALPIGHIA foliis
subovatis, dentato-spinosis.

Fig. 1.

MALPIGHIA foliis
lanceolatis, dentato-spinosis.

TAB. CLXIX.

a

Fig. 2.

HIBISCUS foliis
cordatis, crenatis.

Fig. 1.

SIDA capitulis
pedunculatis.

Fig. 3.

SIDA foliis cordatis, caule repente.

TABULA CENTESIMA SEXAGESIMA OCTAVA.

MALPIGHIA angustis & acuminatis Aquifolii foliis. *Plum. nov. gen. p.* 46.

MALPIGHIA foliis lanceolatis, dentato-spinosis, subtus hispidis. *Linn. spec. p.* 426. *no.* 5.

FIGURA PRIMA.

Planta fruticosa.
Rami simplices, vix divisi.
Folia obposita, lanceolata, dentato-spinosa, superne glabra, subtus hispida.
Fructus ex alis in longis pedunculis plerumque solitarii, rarius gemini, penduli, suntque *baccæ* subrotundæ, obtusæ, sulcatæ *a*, semina varia coälita *b* in centro continentes, *c* est *nucleus* separatus.
Observatio. Distinctissima est hæc species a reliquis foliis spinosis, adfinis tamen est quam maxime *urenti* ex setis pungentibus in aversa foliorum pagina, atque ob fructus ex alis pendulos.

MALPIGHIA humilis, Ilicis coccigiandiferæ foliis. *Plum. nov. gen. p.* 46.

MALPIGHIA foliis subovatis, dentato-spinosis. *Linn. spec. p.* 426.

Malpighia humilis & minus divisa, foliis ovatis, nitidis, baccis durioribus. *Brouw. Hist. Jam. p.* 230. *no.* 4.

FIGURA SECUNDA.

Planta subfruticosa.
Rami flagellosi.
Folia subovata, dentato-spinosa, obposita, sessilia.
Flores ex alis solitarii, longis pedunculis insidentes, quorum calyx est trifidus *a*, ac petala eleganter fimbriata.
Fructus in hac specie pusillus & contractus est *b*, sulcatus tamen uti in reliquis, sed durior ac rigidior.
NB. In ordine Iconum *Plumierii* sequitur jam *Magnolia* amplissimo flore albo, fructu cæruleo, quum vero hæc arbor jam sit notissima ex *Dillenii Horto Eltham.* ubi eleganter descripta atque in *Catesb. Hist. Carol.* magnificentissime sit delineata, oleum ac operam perderem, si hanc resuscitarem, præterquam quod hodie ubivis sit obvia in hortis Botanicorum.

TABULA CENTESIMA SEXAGESIMA NONA.

MALVA fruteſcens, hirſuta, fl. luteis in capitulum congeſtis. *Plum. Cat. pl. p.* 2. *Tourn. inſt. p.* 95.

SIDA capitulis pedunculatis, triphyllis, ſeptemfloris. *Linn. Act. Upſal.* 1743. *p.* 137. *Tab.* 2. *ſpec. pl. p.* 685. *no.* 10.

Sida hirta, aſſurgens, foliis angulato-cordatis, obtuſe lobatis & dentatis, fl. conglobatis, capitulis foliatis, pedunculis validis alaribus. *Brouw. hiſt. Jam.* 281. *no.* 10.

Malva caule erecto, hiſpido, foliis erectis crenatis, difformibus. *Roy. pr. fl. Lugd. p.* 357.

Malva aſpera major aquatica, fl. minore luteo, ſemine aculeato. *Sloan. Cat. Jam. p.* 96. *hiſt.* 1. *p.* 217. *Ray. ſuppl.* 320.

FIGURA PRIMA.

Planta paludoſa, ſimplicem deorſum radicem emittens perpendicularem ac fibrilloſam.

Caulis inferne hiſpidus.

Folia difformia, lobata, ac crenata.

Pedunculus involucrum triphyllum multiflorum ſuſtinet.

Obſervatio. Hæc planta hodie ſatis obvia eſt in hortis noſtris, quique ejus deſiderat ulteriorem deſcriptionem & hiſtoriam, videat *Act. Upſ. l. c.* ubi eleganter quoque delineata eſt. Cæterum hæc quam maxime adfinis eſt Sidæ capitatæ ſupra *Tab.* 19. exhibitæ.

MALVA folio hederaceo; flore coccineo. *Plum. Cat. pl. p.* 2. *Tourn. inſt.* 96.

HIBISCUS foliis cordatis, crenatis; angulis lateralibus extimis parvis, caule arboreo. *Linn. H. Cliff.* 349. *ſpec.* 694. *no.* 8. *Roy. pr. p.* 358.

Hibiſcus arboreus, foliis angulato-cordatis, flore amplo croceo, ligno violaceo. *Brouw. Hiſt. Jam.* 284.

β *Malvaviſcus* arboreſcens, flore miniato clauſo. *Dill. H. Elth.* 210. *T.* 170. *Fig.* 208.

Alcea Indica arborea, folio molli, flore amplo, eleganter coccineo. *Plukn. Alm.* 14. *T.* 257. *Fig.* 1.

FIGURA SECUNDA.

Obſervatio. Quum hæc planta in *H. Elth.* adcurate ſit deſcripta, ſuperfluum foret eam denuo deſcribere, atque noſtra ab ea non differt, niſi quod auctor florem pinxerit magis infundibiliformem & expanſum, fructumque capſulatum *a.* Cæterum foliatura, forma, color corollæ, piſtillum longum, ac ſtamina quadrant, unde varietas ex diverſo loco forte petenda.

Malva

TAB. CLXX.



MAMMEA.

MALVA Hederæ terreſtris folio & facie, capitulis biſurcatis. *Plum. Cat. pl. p.* 2.

SIDA foliis cordatis, obtuſis, caule repente, pedunculis uniflоris, capſulis ariſtatis.

FIGURA TERTIA.

Planta puſilla, herbacea, prorepens.
Folia ſubcordata, crenata, rugoſa, ſubtus villoſa, petiolis longiſſimis radicalibus.
Pedunculus uniflorus, petiolo longior, radicalis.
Capſulæ acuminatæ, biſulcæ, ariſtatæ, uti in marginalibus figuris.
Obſervatio. Hæc planta primo intuitu adeo ſimilis eſt Malvæ Carolinæ, ut facile pro ejus varietate foliis indiviſis haberetur, ſed fructus toto cælo recedit, & declarat veram ſed ſingularem *Sidæ* eſſe ſpeciem, unde & ad hoc genus eam reduxi.

TABULA CENTESIMA SEPTUAGESIMA.

MAMEI magno fructu, Perſicæ ſapore. *Plum. nov. gen. p.* 44.

MAMMEA ſtaminibus flore brevioribus. *Linn. ſpec. p.* 512. *no.* 1.

Mammea foliis ovalibus, nitidis, fructu ſubrotundo, ſcabro. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 249. *no.* 2.
Mameis. J. Bauh. Hiſt. 1. *p.* 172. *Dalech. Hiſt.* 1836.
Arbor Indica, *Mamei* dicta. *C. Bauh. pin.* 417. *Ray. Hiſt.* 1665.
Malus Perſica maxima, foliis rotundis, ſplendentibus, glabris, fructu maximo ſcabro, rugoſo. *Sloan. Cat. Jam.* 179. *Hiſt.* 2. *p.* 123. *Tab.* 217. *Fig.* 3.

Planta arborea.
Caulis ſcaber.
Folia oblonga, obtuſa, obpoſita, integerrima, craſſa, venoſa, ſuperne glabra.
Flores quadrifidi, axillares, ſolitarii, ſubſeſſiles, *Calix* diphyllus, deciduus, *Stamina* numeroſa.
Piſtillum ſubulatum, uti in ſeparatis patet partibus.
Fructus ingens, muricatus, ſubrotundus, apice donatus, carnoſus, ac ſucculentus, ſeminibus fætus quatuor calloſis, ſulcatis, oblongis, in totidem loculis ſitis, uti in fructu inferiore transverſim ſecto patet. Atque quum illi forma ſua *Mammas* quodammodo referunt, hinc *Mammeæ* nomen ſervavit *Linnæus*, quod cæterum Barbarum ex ſua Doctrina rejiciendum fuiſſet. Vide porro *Ludwich. Def. gen. p.* 140. *no.* 456.

TABULA CENTESIMA SEPTUAGESIMA PRIMA.

MANCANILLA Aquifolii foliis. *Plum. nov. gen. p.* 50.

HIPPOMANE foliis ſubovatis, dentato-ſpinoſis. *Linn. ſpec. p.* 1191. *no.* 3.

Ilex foliis Aquifolii Americ. *Plukn. Phyt. T.* 196. *Fig.* 3?

FIGURA PRIMA.

Planta fruticoſa, *Rami* ſcabri.

Folia ſubovata, dentato-ſpinoſa, alterna, venoſa.

Racemus erectus, julis ſpicatus alternis compoſitis, maſculinis.

Fructus a floribus hiſce ſeparati naſcuntur in inferiore ramorum parte, ſuntque globoſi, ſulcati, & carnoſi, nucleum continentes lignoſum ac rugoſum, ſubrotundum.

Obſervatio. Hæc a reliquis ſpeciebus differt non modo foliis ſpinoſis, ſed & ſpicis compoſitis ad latera minores ſpicas emittentibus, quod huic peculiare.

MANCANILLA Lauri foliis oblongis. *Plum. nov. gen. p.* 50.

HIPPOMANE foliis ovato-oblongis, ſerratis, baſi glanduloſis. *Linn. ſpec. p.* 1191. *no.* 2.

Hippomane arboreum, lacteſcens, ramulis ternatis, petiolis glandula notatis, floribus ſpicatis mixtis. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 351. ubi character ejus dilucide explicatur.

Tithymalus arbor Americ. Mali Medicæ foliis amplioribus, tenuiſſime crenatis, ſucco maxime venoſo. *Plukn. Alm.* 369. *T.* 229. *Fig.* 8. *Ray. ſuppl.* 428.

FIGURA SECUNDA.

Planta arborea, *Caulis* ſcaber. *Rami* ſimplices.

Folia ovato-oblonga, ſerrata, petiolata, alternata, ad baſin autem foliorum duæ glandulæ melliferæ locantur.

Amentum terminale, ſubulatum, longiſſimum, flores maſculinos gerens, ad cujus baſin flores feminini, e quibus fructus oriuntur.

Obſervatio. Hujus generis & tertia reperitur ſpecies, cujus fructus Pyrum referunt, quæ eleganter a *Catesb. in Hiſt. Carol.* 1. *T.* 95. exhibetur, vocaturque *Hippomane* foliis ovatis ſerratis a *Linn. in ſpec. l. c.* cum qua in multis noſtra convenit, ſed differt inprimis glandulis iſtis duabus ad baſin foliorum protuberantibus, tum & fructu, cæterum ſpicæ in hac æque ac in illa ſimplices ſunt; Cl. vero *Brouw.* hanc glanduloſam perperam miſcet cum illa Mancanilla in *Hiſt. Jam.* ubi & HURAM ad *Hippomanes* genus refert, quæ toto cælo ac genere differunt.

TA-

Fig. 1.

HIPPOMANE foliis subovatis.

Fig. 2.

HIPPOMANE foliis ovato-oblongis, serratis.

TAB. CLXXII.

Fig. 2.

CROTON
foliis cordatis.

c

a

b

c

d

a

Fig. 1.

ACALYPHA
foliis oblongis, serratis.

Acalypha nepalen

TABULA CENTESIMA SEPTUAGESIMA SECUNDA.

MAnihot Ulmi folio ampliore & anguſtiore. *Plum. Cat. pl. p.* 20. *Tourn. inſt* 658.

ACALYPHA foliis oblongis, ſerratis, caulinis obpoſitis, rameis alternis, ſpicis maſculinis lateralibus.

FIGURA PRIMA.

Planta fruticoſa.

Rami brachiati, in ſummo ſpicam gerentes floriferam ex quavis folii ala maſculinam.

Spicæ femineæ verticales, ſolitariæ, pedunculatæ, bracteis palmatis.

Folia ovata, in anguſtifoliâ lanceolata, acuta, ſerrata, petiolata, in ramis floriferis alternata, oblonga, caulina obpoſita.

Obſervatio. Singularis eſt planta, primo quod gerat caulem dichotomum, e cujus dichotomia ſpicæ inprimis femineæ ſolitariæ, ſecundo quod folia in ramis alternata, ad dichotomiam vero obpoſita, tertio quod promat ſpicas maſculinas ad latera ex alis foliorum, quarto differt ab Acalypha auſtrali bracteis florum femineorum palmatis, nec indiviſis.

MAnihot minima, Camædrifolia. *Plum. Cat. pl.* 20. *Tourn. inſt. p.* 658.

CROTON foliis cordatis, ſerratis, glabris; ſpicis terminalibus, caule herbaceo.

Croton fruticuloſum, erectum & ſubvilloſum, foliis cordato-acuminatis, ſpicis terminalibus. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 347. *no.* 4?

FIGURA SECUNDA.

Planta herbacea, ſeu fruticuloſa.

Caules alterni, quaſi dichotomi, erecti.

Folia cordato-ovata, alternata, ſerrata, petiolata, acuminata.

Flores maſculini ſpicati, verticales, ſub quibus flores feminei ſparſi ſtylistribus eminentibus conſpiciuntur.

Fructus ſubrotundus eſt, tricoccus *a a*, calice pentaphyllo *b* contentus, coronatus piſtillo trifido perſiſtente *c*, involucris & glandulis nectariferis involutus *d*, quas omnes partes uti microſcopio auctas magnitudine adpinxit auctor, ſic etiam eas exhibere viſum mihi fuit.

NB. In ordine iconum *Plumierii* ſequitur

Maranta arundinacea, Cannacori foliis *Plum. nov. gen. p.* 16. quæ a vulgari non differt, niſi quod coſta foliorum piloſa ſit, quumque illa a *Martin.* in *Centuria Tab.* 39. optime ſit exhibita, & deſcripta, Botanicos ad eum ablegamus, quantum vero hæc differat a *Canna* Indica radice alexipharmaca *Sloanei*, patet ex Icone, quam ſupra dedimus *Tab.* 108. ad *Thaliam*, ita ut hæ plantæ ſint diverſiſſimæ, nec eas conjungi oporteat. Vide *Martin. l. c.*

Cæterum *Maranta* hæc ubivis hodie in Botanicorum hortis facile colitur.

TABULA CENTESIMA SEPTUAGESIMA TERTIA.

M*Arcgravia* ſcandens, fructu radiatim poſito. *Plum. nov. gen. p.* 7.

MARCGRAVIA. *Linn. ſpec. pl. p.* 503.

Marcgravia ſcandens, foliis caulinis ſubrotundis, ad margines glandulatis, ramorum integris, ovatis, alternis, diſtiche ſitis, floribus umbellatis terminalibus. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 244 *Tab.* 26.

FIGURA PRIMA.

Planta fruticoſa, ſcandens.

Folia ovato-lanceolata, petiolata, alternata, integerrima, venoſa.

Caulem terminat *umbella* ſimplex, pediculis numeroſis æqualibus, in orbem ſitis, & horizontaliter patentibus, horum ſinguli terminantur flore polypetalo undecim circiter petalorum, plano, roſaceo, patentiſſimo, cælum reſpiciente, germine & piſtillo vix notabili inſtructo.

Flores hi adſcendentes nudi, corollâ, calyceque caducis, ſtamina exhibent, quæ petala mentiuntur, ſed revera non ſunt in Figura prima, in altera Figura fructus repræſentantur. In diſco ſeu centro umbellæ eriguntur glandulæ nectariferæ ſeſſiles, utcunque quinæ, forma corollæ ringentis monopetalæ, bilabiatæ, labio ſuperiore galeato, inferiore minimo, atque hæ flores maſculinos referunt absque fructu decidentes, ſingularis ſane ſtructuræ.

Piſtillum in femineis videtur quadrifidum, atque abit in fructum fere ſphæricum *a* mollem & carnoſum, in quo nidulantur ſemina plurima *b*, exigua, rotunda *c*.

M*Attbiola* folio aſpero, ſubrotundo, fructu nigricante. *Plum. nov. gen. p.* 16.

MATTHIOLA. *Linn. ſpec. pl.* 1192.

FIGURA SECUNDA.

Planta arborea, *Ramis* diviſis.

Folia ſubrotunda, petiolata, obtuſa, integerrima, ad apices ramorum conferta & minora.

Pedunculi longi, ſubdiviſi, foliolis pinnatis intercepti.

Flores maſculini deſunt, *feminei* ſunt monopetali, infundibiliformes, tubam referentes *a*, calice orbiculato & elevato *b* contenti, qui abit in fructum mollem *c* ſubrotundum, unicapſularem *d*, oſſiculo fœtum, in quo nucleus *e* continetur.

Obſervatio. Hujus plantæ fructificatio tam ſingularis eſt, ut cum nulla comparari poſſit, quum vero germen infra fructum gerat corolla infundibiliformis, limbo integro, forte proxime ad Mirabilem accederet, ſed ſtamina latent, nec ullibi apud alium auctorem obcurrit, videturque quoque ad Paraſiticas pertinere, unde in loco natali accuratius eſt examinanda, cæterum rariſſima, & hactenus maxime obſcura.

TA-

MATTHIOLA.

MARCGRAVIA.

TAB. CLXXIV.

Fig. 2.

OENOTHERA hirsuta

Fig. 1.

MENTZELIA.

TABULA CENTESIMA SEPTUAGESIMA QUARTA.

M *Entzelia* foliis & fructibus aſperis. *Plum. nov. gen. p.* 41.

MENTZELIA. *Linn. H. Cliff.* 492. *ſpec. p.* 516.

Mentzelia ſetis uncinatis munita, foliis lobatis, fructibus ſingularibus ad divaricationem ramorum. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 249.

Onagra Americ. folio Betonicæ, fructu hiſpido. *Tourn. inſt.* 302.

FIGURA PRIMA.

Planta ſuffruticoſa.

Rami alterni.

Folia oblonga, ſerrata, acuminata, ſubſeſſilia, ſcabra.

Flores in ala quavis ſolitarii, ſeſſiles, pentapetali, calice pentaphyllo contenti *a* & *b*.

Fructus eſt tubus oblongus, truncatus *c*, membranaceus, hiſpidus, ſemina continens *d* plurima, exigua, rotunda, formâ ſua Caryophyllos aromaticos quodammodo referens. Atque hæc planta in honorem *Chriſtiani Mentzelii* ab auctore denominata eſt, qui edidit indicem nominum plantarum Polyglottum, ex Latius, Græcis, & Germanicis linguis inprimis compoſitum, cui adjecit pugillum plantarum rariorum cum aliquot ipſarum iconibus, &c. de quo vide *Auctorem* noſtrum in *nov. pl. gen. p.* 41.

O *Nagra* fruteſcens, & hirſuta, Nerii folio, flore magno luteo. *Plum. Cat. p.* 7. *Tourn. inſt.* 302.

OENOTHERA hirſuta, foliis ſupra glabris.

Oenothera aſſurgens, hirſuta, floribus ſolitariis. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 208.

FIGURA SECUNDA.

Planta fruticoſa.

Caulis & *Rami* hiſpidi, alternati.

Folia ovato-oblonga, ſeſſilia, venis parallelis diſtincta, ſubtus ſcabra & hirſuta.

Flores in quavis ala ſolitarii, ſeſſiles, ingentes, pentapetali, calice magno hiſpido quadriphyllo contenti.

TABULA CENTESIMA SEPTUAGESIMA QUINTA.

O*Nagra* foliis Perſicariæ anguſtioribus, flore magno luteo. *Plum. Cat. pl. p.* 7. *Tourn. inſt. p.* 302.

OENOTHERA foliis anguſto-lanceolatis, glabris, floribus axillaribus, remotis.

Oenothera aſſurgens, glabra, foliis lanceolatis, alternis, integerrimis, floribus ſolitariis, alaribus. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 208.

FIGURA PRIMA.

Planta ſubfruticoſa, ac ramoſa.
Caulis & *Rami* rotundi, ac glabri.
Folia lanceolata, minora, ſeſſilia, venis parallelis diſtincta, ac ſinuoſa.
Flores axillares, ſeſſiles, ſolitarii, tubuloſi, glabri.
Capſula tubuloſa, quadrangularis, glabra.

O*Nagra* foliis Perſicæ amplioribus, parvo flore luteo. *Plum. Cat. p.* 7. *Tourn. inſt.* 302.

JUSSIÆA foliis lanceolatis, floribus axillaribus, ſeſſilibus.

Juſſiæa erecta, glabra, floribus tetrapetalis, octandris, ſeſſilibus. *Linn. ſpec. p.* 388. *no.* 4.
Ludwichia capſulis oblongis. *Linn. H. Cliff. p.* 401.
Lyſimachia Parietariæ foliis Virginiana. *Plukn. Alm.* 235. *Tab.* 203. *Fig.* 4.
Jasminum Catalonicum, flore luteo. *Seb. Theſ. vol.* 1. *Tab.* 26. *Fig.* 3.

FIGURA SECUNDA.

Planta ſubfruticoſa.
Caulis lignoſus, quadragonus, glaber.
Rami rotundi, ſimplices.
Folia lanceolata, ſinuoſa, venoſa, petiolata.
Flores in alis ſeſſiles, ſolitarii.
Obſervatio. Hæc planta primo intuitu refert Carambu *H. Malab. tom.* 2. *Tab.* 49. nec differt, niſi quod folia gerat magis petiolata ac glabra, cæterum flores fructusque conveniunt, atque hoc genus hodie in honorem Clariſſ. *B. Juſſiei* Botanici Pariſienſis dictum eſt JUSSIÆA, quod cum *Ludwichiæ* genere tantam habet adfinitatem, ut a primariis Botanicis hæc commiſceantur, illius vero ſpecies a *Linnæo* commemorantur in *ſpec. pl. p.* 388. ubi vide reliqua.

Finis Faſciculi Septimi.

TAB. CLXXV.

Fig. 1.

OENOTHERA foliis angusto-lanceolatis.

Fig. 2.

JUSSIÆA foliis lanceolatis.

PLANTARUM AMERICANARUM

FASCICULUS OCTAVUS,

Continens Plantas, quas olim

CAROLUS PLUMIERIUS,

Botanicorum Princeps

Detexit, Eruitque,

Atque in INSULIS ANTILLIS ipſe depinxit.

Has primum in lucem edidit,

Concinnis deſcriptionibus, & Obſervationibus,

Æneisque Tabulis illuſtravit

JOANNES BURMANNUS, M. D.

Athenæi illuſtris, & in Horto Medico Amſtelædamenſi

PROFESSOR BOTANICES,

Academiæ Cæſareæ Naturæ Curioſorum Socius, Regiæque Societatis Scientiarum Upſalienſis Collega.

Sumtibus Auctoris,

Proſtant Amſtelædami in Horto Medico,

Atque

Apud PETRUM SCHOUTEN,

& LUGD. BATAV.

Apud GERARD. POTVLIET, & THEODOR. HAAK.

M. DCC. LVIII.

NOBILISSIMO & CELEBERRIMO VIRO,

ALBERTO HALLERO,

PRÆSIDI SOCIETATIS REG. SCIENT. GOTTING.

SODALI ACAD. REG. SCIENT. PARIS. REG. CHIR. GALL.

ACAD. IMPER. BEROLIN. SUECIC. BONONIENS.

SOCIET. SCIENT. BRITTAN. UPSAL. HELVET.

IN SENATU SUPREMO BERNENSI DUCENTUMVIRO.

BOTANICORUM CORYPHÆO EXIMIO,

AMICORUM INTEGERRIMO,

FASCICULUM HUNC

PLANTARUM AMERICANARUM

OCTAVUM.

VENERABUNDUS OFFERT

JOANNES BURMANNUS.

TAB. CLXXVI.



Fig. 2.
RUSCUS?
foliis solitariis
lanceolato-ovatis.

Fig. 1.
CONVALLARIA?
caule articulato.

Fig. 3.
RUSCUS? foliis ovatis, petiolatis.

PLANTARUM AMERICANARUM

FASCICULUS OCTAVUS.

TABULA CENTESIMA SEPTUAGESIMA SEXTA.

H*Elleborine* graminea, repens, biflora. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 9.

CONVALLARIA? caule articulato, unifolio, bifloro.

β *Orchis?* Amboinica major. *Rumph. Herbar. Amb. tom.* 6. *lib.* XI. *cap.* 14. *p.* 116. *Tab.* 54. *Fig.* 1. *ſpec.* 2.

FIGURA PRIMA.

Planta herbacea, repens, radices ſpargens ſimplices, filiformes, ſinuoſas, inſtar vermium prorepentes.

Caulis repens, articulatus, ſetis linearibus cinctus, quæ ad ſcaporum geniculos interdum etiam excreſcunt.

Scapi erecti, nudi, geniculati, duobus floribus pedunculatis, & folio ſimplici, lineari, terminali conſtantes.

Obſervatio. Florum corolla ab auctore depicta eſt quinquefida, quæ juxta *Helleborinis* & *Convallariæ* genus ſexfida debebat eſſe, ita ut una ſexta pars deficiat, quum vero hujus plantæ petala regularia, ipſiusque forma propius ad *Convallarias* accedat, tam diu ad has retuli, donec ex viva planta certum ipſi genus deſignare vel conſtituere quiſpiam Botanicorum poſſit. Cæterum plantæ ad genus *Helleborinis* a *Plumierio* relatæ quam intricatiſſimæ ſunt, & ad varia omnino pertinent genera, uti ex ſubſequentibus dilucide patebit.

H*Elleborine* Ruſci majoris folio. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 9.

RUSCUS? foliis ſolitariis, petiolatis, lanceolato-ovatis, baſi racemiferis.

FIGURA SECUNDA.

Planta herbacea, radices demittens ſimplices, filiformes.
Folium lanceolato-ovatum, integerrimum, petiolatum, ſimplex, avenium, craſſum.
In *pedunculo* radiato, ſimplici, ad inſertionem petioli, prodeunt flores in racemum congeſti, ex foliolo ſquamoſo ſeu vaginali, (uti videtur) prodeuntes.
Obſervatio. Fructificatio hujus plantulæ, uti & ſubſequentis, ab auctore tam obſcure eſt delineata, ut nil certi de ea conſtitui poſſit, quum vero, uti in variis *Ruſci* ſpeciebus, ſuum habeat ortum ad foliorum baſin, tâmdiu ad hoc genus retuli, donec quid certi ex viva dein planta concludi poſſit; peculiaris autem florendi modus e baſi foliorum declarat, proximè accedere ad dictum genus.

H*Elleborine* Ophiogloſſo ſimilis. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 9.

RUSCUS? foliis ovatis, petiolatis, baſi ſpiciferis.

FIGURA TERTIA.

Planta, uti præcedens, herbacea, radices agens ſimplices, fibrilloſas.
Folia ſimplicia, ovata, oblonga, petiolata, craſſa, avenia.
Florum pedunculus ex baſi folii ſimplex erigitur, flores gerens in ſpicam ſeu racemum erectum collectos.
Obſervatio. Hujus plantulæ fructificatio æque obſcura & incerta eſt, ac præcedentis; licet ad marginem ſemina cum fructu dehiſcente oblongo ſint addita, unde in natali ſolo ulterius ex viva eſt inveſtiganda, ac determinanda.

TABULA CENTESIMA SEPTUAGESIMA SEPTIMA.

H*Elleborine*, florum foliis maculoſis & longiſſimis. *Plum. Cat. p.* 9.

EPIDENDRUM foliis radicalibus, lanceolatis, nervoſis; petalis maculatis, caudatis; duobus longiſſimis, erectis.

Planta paraſytica, radices agens vermiformes, prorepentes, quibus ſupra arbores prorepit.
Folia radicalia, craſſa, nervoſa, bina connata, erecta, lanceolata.
Scapus ſimplex erigitur nudus, cinctus aliquot ſquamis erectis, acutis, quæ ſuperius deſinunt, ubi flores proveniunt.
Flores hi mirabilis ſunt formæ, eleganter maculati, quorum petala tria caudata, bina nempe horiſontalia breviſſima, inferius dependens, longius, bina reliqua, ſeu ſuperiora longiſſima, erecta, ſubulata: Cucullus in ipſorum centro locatur; ſtamina cum germine tenens, ita ut hæc planta ſit diſtinctiſſima a reliquis congeneribus petalis maculatis, tum & caudatis, longiſſimisque erectis; nec ab ullo alio obſervata auctore, uti & plures hujus generis ſubſequentes.
Fructus eſt ſiliqua oblonga, carnoſa, quinque ſulcata, petala emarcida ſuperne gerens, qualis delineata in inferiore Tabulæ parte conſpicitur.

TA-

TAB. CLXXVII.

EPIDENDRUM
foliis radicalibus, lanceolatis.



Fig. 1.

EPIDENDRUM
foliis subradicalibus,
lanceolatis.

Fig. 2.

EPIDENDRUM
foliis carinatis.

TAB. CLXXIX.

Fig. 2.

EPIDENDRUM
foliis oblongis, aveniis

Fig. 1. *a*

EPIDENDRUM
foliis subulatis; scapis unifloris.

TABULA CENTESIMA SEPTUAGESIMA OCTAVA.

HELLEBORINE floribus atropurpureis. *Plum. Cat. p.* 9.

EPIDENDRUM foliis ſubradicalibus, lanceolatis, aveniis; petalis oblongis, florum labio bifido, obtuſo.

FIGURA PRIMA.

Radix vix fibroſa, ſed potius tuberoſa.
Folia terna coälita, lanceolato-oblonga, craſſa, avenia.
Culmus brevis, ſimplex, nudus, rariores gerens alternatos
Flores, quorum petala æqualia, craſſa, oblonga; *labium* vero dependens latiſſimum, obtuſum, bifidum.
Fructus eſt ſiliqua oblonga, craſſa, carnoſa, petalis emarcidis coronata.

HELLEBORINE maculoſa, foliis Aloës carinatis. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 9.

EPIDENDRUM foliis radicalibus lanceolatis, carinatis; petalis reniformibus, undatis, maculatis, labio glabro.

FIGURA SECUNDA.

Planta paraſytica, radices ſpargens longiſſimas, filiformes.
Folia radicalia, plura ſimul collecta, vaginantia, craſſa, avenia, carinata, lanceolata.
Scapus erectus, longiſſimus, nudus, rariores ac vagos gerens
Flores alternatos, quorum petala eleganter ſunt undata, ac maculata, reniformia, labium vero glabrum ac ſinuoſum eſt.
Fructus eſt ſiliqua oblonga, craſſa, ſulcata, ac coronata,
Semina continens plurima, minutiſſima, uti in diſſecta *a* conſpicitur.

TABULA CENTESIMA SEPTUAGESIMA NONA.

HELLEBORINE floribus albis, cucullatis. *Plum. Cat. pl. p.* 9.

EPIDENDRUM foliis ſubradicalibus, ſubulatis; ſcapis unifloris; petalis linearibus, longiſſimis, ſinuoſis; labio indiviſo, ciliato.

Satyrium paraſiticum, bulboſum, foliis fere gramineis, labio inferiore fimbriato? *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 325. *no.* 8.

FIGURA PRIMA.

Planta bulboſa, vix fibroſa.
Scapus ſimplex, erectus, ſquamis tectus, uniflorus.
Folia ſubradicalia, ſubulata, avenia, nervo medio diſtincta.
Floris petala longiſſima, linearia, ſinuoſa, retroflexa.
Labium ſimplex, ovato-acuminatum, indiviſum, ad oras ciliatum.
Fructus eſt ſiliqua, oblonga, ſulcata, ac ſinuoſa, plurima continens
Semina minutiſſima, uti in diſſecta *a* patet.
Obſervatio. Hæc planta maxime adfinis eſt Epidendro Curaſſavico, folio craſſo ſulcato *Hermann. Parad. Bat. p.* 187. cujus petala itidem linearia, ac labium indiviſum, erectum, ſed ciliis deſtitutum, quumque foliorum forma optime etiam conveniat, ipſius varietas forte cenſeri poſſet, de hoc porro vide *Linn. ſpec.* 953. *no.* 7. quod ipſi dicitur Epidendrum foliis ſubulatis in *H. Cliff. p.* 430. & Epidendrum foliis oblongis acutis, nodo radicatis. *Act. Upſal. ann.* 1740. *p.* 36. Vide & *Pluken. Phyt. Tab.* 117. *Fig.* 6. & *Sloan. Catal. p.* 120.

H*Elleborine* graminea, foliis rigidis, carinatis. *Plum. Cat. pl. p.* 9.

EPIDENDRUM foliis ſubradicalibus, oblongis, aveniis; florum labio trifido, ciliato, intermedio lineari.

β *Viſcum* Caryophylloides, foliis longis, in apice inciſis, floris labello albo, trifido, petalis luteis longis, anguſtiſſimis. *Catesb. Carol. vol.* 2. *Tab.* 68. cujus labium glabrum eſt, cæterum convenit.

FIGURA SECUNDA.

Planta paraſytica:
Radices nodoſæ, repentiſſimæ.
Culmus articulatus, ſquamoſus.
Folia e thecis erumpunt ſubradicalia, craſſa, avenia, oblonga.
Scapus utcunque biflorus, ſquamis acuminatis ſubulatis cinctus.
Florum petala æqualia, horiſontalia, lanceolata,
Labium ex ipſorum centro erigitur ovatum, trifidum, ac ciliatum, cujus bina ſegmenta lateralia æqualia, intermedium anguſtiſſimum, lineare.
Fructus, ſeu ſiliquæ glabræ, ac ſulcatæ *b*, uti in reliquis.

Fig. 1.

EPIDENDRUM
foliis caulinis lanceolatis.

Fig. 2.

EPIDENDRUM
foliis caulinis oblongis.

TABULA CENTESIMA OCTOGESIMA.

H*Elleborine* coccinea, multiflora. *Plum. Cat. p.* 9.

EPIDENDRUM foliis caulinis lanceolatis, aveniis, inferioribus minoribus; pedunculis unifloris, axillaribus, confertis.

FIGURA PRIMA.

Planta tuberosa, simplices demittens capillares fibras:

Scapus erectus, simplex, inferius foliis vaginantibus, ac minoribus vestitus, ex quorum alis plurimi simul erumpunt pedunculi uniflori, qui *flores* gerunt planipetalos, regulares, quinquefidos, qui quum ruditer ab auctore sint delineati, de iis nil certi definire possum.

Folia caulina sunt lanceolata, longa, crassa, avenia, nervo medio decurrente.

Fructus ovatus est ac sulcatus *a*, majora continens *semina b*, contra naturam reliquarum hujus generis specierum, ita ut peculiaris & distincta a reliquis sit planta, ulteriori examini in loco natali subjicienda, quum videatur singulare constituere genus a reliquis congeneribus diversum, qualis etiam est Thalia Maravara. *H. Malab. tom.* 12. *Tab.* 4. cum qua hæc proxime convenit.

H*Elleborine* ampliſſimo flore vario. *Plum. Cat. p.* 9.

EPIDENDRUM foliis caulinis oblongis, alternis, obtusis. *Linn. spec. p.* 952. *no.* 5.

Satyrium erectum, majus, caule subrotundo, foliis majoribus amplexantibus, oblongis, spica terminali. *Brouw. Hist. Jam. p.* 326. *no.* 12.

Ponnampu Maravara. H. Malab. tom. 12. *Tab.* 3.

FIGURA SECUNDA.

Planta parasitica, longissimas emittens simplices, filiformes, prorepentes radices, pluresque emittens caules simplices erectos, inferne foliis destitutos, subsquamosos, qui superne

Folia gerunt alternata, amplexicaulia, oblonga, avenia, & obtusa.

Flores terminales ampliſſimi, ex quinque petalis æqualibus constantes, *Nectarii* vero labium ingens est, ac dependens, longum, bifidum, ac revolutum.

Fructus in nostra verticalis, dependens, crassus, carnosus, ac sulcatus, petalis emarcidis coronatus, qualis in inferiore Tabulæ parte conspicitur ad A.

Observatio. Hujus caulescentis plures apud auctores occurrunt species, uti in *H. Malab. tom.* 12. *Tab.* 3. sub nomine *Ponnampu-Maravara*, cujus fructus eriguntur plures. In *Rumph. Herb. Amboin. tom.* 6. a *Tab.* 45. ad 48. & sub nomine *Visci* Delphinii flore apud *Sloan.* in *Catal.* & *Hist. Jamaic.* hoc genus occurrit.

TABULA CENTESIMA OCTOGESIMA PRIMA.

H*Elleborine* foliis rigidis, anguſtis, & canaliculatis. *Plum. Cat. p.* 9.

LIMODORUM foliis ſubulatis, canaliculatis, aveniis.

FIGURA PRIMA.

Radix filiformis, extenſa, ſimplices ac ſinuoſas emittens craſſas, prorepentes, vermiformes fibrillas.
Folia alternata, ſubulata, canaliculata, avenia.
Scapus erectus, ſimplex, ſquamis vaginantibus, oblongis, ſurrectis veſtitus.
Flores pedunculati, alternati, quorum petala ſubovata, patentia, tria majora, reliquis conniventibus.
Fructus eſt capſula oblonga, trivalvis, ſulcata, dependens, petalis emarcidis coronata.

H*Elleborine* purpurea; Aſphodeli radice. *Plum. Cat. p.* 9.

LIMODORUM foliis aveniis, lanceolatis.

FIGURA SECUNDA.

Radix tuberculoſa, ex plurimis, ſimplicibus, longis filiformibus tuberibus conſtans.
Folia ſubradicalia, erecta, rariora, lanceolata, avenia.
Scapus erectus, ſimplex, ſpathis vaginantibus, rarioribus, vagis cinctus.
Flores ſeſſiles, verticales, plurimi, alternati, quorum petala contracta, acuminata, ſubæqualia A.
Fructus eſt capſula, quaſi truncata, triſulca, connivens, ſeſſilis, erecta; qualis in ſeparata majore B, ac reliquis ipſius ſcapi apparet, quum auctor ſcapum frugiferum inprimis ob ſingulares fructus delineaverit.
N. B. In ordine Iconum *Plumierii* ſequitur *Helleborine* ramoſa, floribus niveis *Cat. p.* 9. quæ in omnibus convenit cum *Anantali-Maravara H. Malab. tom.* 12. *Tab.* 7. unde eam denuo inſculpi inutile duximus, atque huic proxime accedit *Angræcum* rubrum *Rumph. Herb. Amb. lib.* 6. *cap.* 3. *Tab.* 44. *Fig.* 2. quod itidem a reliquis congeneribus diſtinguitur panicula florum extenſa. Vocatur autem iſta ſpecies a *Linn.* in *ſpec. pl. p.* 952. *no* 6. EPIDENDRUM foliis caulinis ovatis, amplexicaulibus, (cui poſſet addi) floribus paniculatis.

TAB. CLXXXI.



Fig. 1.

LIMODORUM
foliis subulatis.

Fig. 2.

LIMODORUM
foliis aveniis.

Fig. 2.

OPHRYS bulbis filiformibus.

Fig. 1.

SERAPIAS foliis linearibus.

TABULA CENTESIMA OCTOGESIMA SECUNDA.

HELLEBORINE tenuifolia, repens. *Plum. Cat. p. 9.*

SERAPIAS foliis linearibus; radice repente, floribus ſpicatis.

FIGURA PRIMA.

Radix repentiſſima, craſſas undique ac ſimplices obtuſas ſpargens vermiformes fibrillas.

Caulis erectus, ſimplex.

Folia per caulem ſparſa, ſeſſilia, alternata, linearia, nervo craſſo medio decurrente.

Flores verticales, alternati, in ſpathis ſeſſiles, quos tamen auctor in icone non adpinxit:

Fructus eſt capſula obovata, obtuſe trigona, tribus ſulcis diſtincta, nectario emarcido coronata.

Obſervatio. Licet flores in icone deſint, ex radice tamen repente, ipſiusque plantæ forma videtur ad hoc genus proprie pertinere, quod in loco natali in viva planta ulterius inquirendum.

HELLEBORINE foliis carnoſis, carinatis, & falcatis. *Plum. Cat. p. 9.*

OPHRYS bulbis filiformibus, petalis ternis, majoribus, reniformibus, bilobis, undatis.

FIGURA SECUNDA.

Radix ex tenuiſſimis, ſimplicibus, filiformibus bulbulis conſtat.

Folia ſubradicalia, craſſa, carnoſa, avenia, carinata, & imbricata, Aloëtica, proximeque quadrant cum iſta pumila Aloës ſpecie, quæ triangularis vulgo dicitur.

Scapus erectus, ſimplex, nudus, nullis tectus ſpathis, in vertice gerens

Flores elegantiſſimos, ſingularis formæ, quorum nempe tria petala præ reliquis eminent majora, reniformia, biloba, & undata, extenſa, reliquis contractis cum Nectario vix conſpicuis.

Fructus eſt capſula oblonga, contorta, ſtriata, trigona, dependens, petalis emarcidis coronata.

TABULA CENTESIMA OCTOGESIMA TERTIA.

H*Elleborine* Spiralis; flore albo. *Plum. Cat. p.* 9.

OPHRYS bulbis filiformibus, caule ſubfolioſo, floribus ſecundis, Nectarii labio quinquefido.

Epipactis floribus uno verſu diſpoſitis. *Fevill. Peruv. tom.* 2. *p.* 726. *Pl.* 17.

FIGURA PRIMA.

Radix ex plurimis, longis, ſinuoſis, filiformibus bulbis conſtat.
Folia pauca ſupra terram in ſcapo eriguntur, lanceolata, ſeſſilia, ſinuoſa, avenia, craſſa, ac nervoſa.
Scapus erectus, ſimplex, ſpathis vaginantibus inferius tectus, ſuperius
Flores proferens ſeſſiles, ſpathis involutos, & cum ſcapo mirum in modum in ſpiram intortos, illorum petala plerumque ſunt æqualia, ac conniventia, uti in flore *a* ſeparato liquet.
Nectarium vero dependens, quinquefidum eſt *b*, quo differt ab Ophryde ſpirali vulgari, cujus labium integrum eſt.
Obſervatio. Hæc planta proxime accedit Ophrydi ſpirali. *Linn. ſpec. p.* 945. *no.* 3. ſed noſtra triplo fere major eſt, & inprimis differt labio Nectarii quinquelobo nec indiviſo. Vocatur autem iſta planta in *Actis Upſal. nnni* 1740. *p.* 32. NEOTTIA bulbis faſciculatis, Nectarii labio indiviſo.

H*Elleborine* aphyllos; flore luteo. *Plum. Cat. p.* 9.

ORCHIS bulbis filiformibus, petalis minutis, Nectarii labio magno, bilobo, ſubrotundo.

Satyrium aphyllum, ſcapo erecto, ſimplici, ſubſquamato, ſpicato? *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 325. *no.* 7.

FIGURA SECUNDA.

Planta aphylla, herbacea.
Radices bulbuloſæ, filiformes, ac ſinuoſæ.
Scapi erecti, ſimplices, ſquamis puſillis hinc inde notati.
Flores verticales, alternati, pedunculati, ac caudati, quorum petala minima; *Nectarium* vero ingens, bilobum, ſubrotundum.
Fructus eſt capſula oblonga, ſtriata, petalis emarcidis coronata.

Fig. 1.

OPHRYS bulbis filiformibus.

Fig. 2.

ORCHIS bulbis filiformibus, petalis minutis.

TAB. CLXXXIV.

Fig. 2.
EPIDENDRUM
foliis radicalibus subulatis.

OPHRYS
bulbis filiformibus.
Fig. 1.

TABULA CENTESIMA OCTOGESIMA QUARTA.

H*Elleborine* purpurea, umbellata. *Plum. Cat. pl. p.* 9.

OPHRYS bulbis filiformibus, foliis caulinis lanceolatis, aveniis; racemo ſubrotundo.

Angræcum nonum. *Rumph. Herbar. tom.* 6. *Tab.* 46. *Fig.* 2?

FIGURA PRIMA.

Planta herbacea, ſimplices demittens radicales bulbulos filiformes.
Scapi erecti, ſimplices, indiviſi, geniculati.
Folia alternata, ſemi amplexicaulia, lanceolata, obtuſiuſcula, craſſa, avenia.
Racemus verticalis, ſubrotundus, flores in corymbum collectos gerens, qui tamen in icone vix aperti videntur, & in *Rumphii Figuris* adultiores & racemoſi ſunt, cum quibus proxime convenire videtur hæc planta.

H*Elleborine* maculoſa; foliis junceis, ac ſulcatis. *Plum. Cat. p.* 9.

EPIDENDRUM foliis radicalibus ſubulatis ac ſulcatis; ſcapo floribusque maculatis; labio inferiore ſubtrilobo.

FIGURA SECUNDA.

Planta paraſitica, diffuſas emittens fibrillas radicales ſinuoſas, & bulbuloſas.
Folia radicalia longiſſima, ac copioſa, ſubulata ac ſulcata, nervo medio craſſo decurrente; atque hæc ad ortum vaginis lanceolatis videntur involucrata.
Scapi erecti, ſimplices, ultra mediam ſupremam partem rariores gerentes alternatos flores; ubi & maculati ſunt, ſicuti quoque florum petala, excepto labio, quod ſubovatum, obtuſum, & ſubtrilobum eſt.

TABULA CENTESIMA OCTOGESIMA QUINTA.

H*Elleborine* ramosa; floribus minimis, luteis. *Plum. Cat. p.* 9.

EPIDENDRUM foliis radicalibus, lanceolatis, trinerviis; racemo composito, floribus minutis.

Satyrium parasiticum, foliis oblongis, radicalibus, scapo assurgenti, longo, sarmentoso, nudo, ad apicem ramoso, labio inferiore floris cordato? *Brouw. Hist. Jam. p.* 326. *no.* 14.

Viscum Caryophylloides, ramosum, floribus minimis, albis. *Catesb. Carol.* 2. *Tab.* 55.

β *Epipactis* flore albo? *Fevill. Peruv. p.* 727. *pl.* 18.

FIGURA PRIMA.

Planta herbacea, plurimas emittens simplices, bulbosas, vermiformes radices.

Folia radicalia, lanceolata, trinervia, ad basin vaginis involucrata.

Scapi erecti, simplices, racemos gerentes ex plurimis floribus compositos, qui minimi ac pusilli sunt, sed ruditer ab auctore delineati, coloris lutei.

H*Elleborine* cochleato flore. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 9.

EPIDENDRUM foliis subradicalibus, lanceolatis, trinerviis; petalis linearibus, reflexis, labio cordato.

Viscum Caryophylloides, Lilii albi foliis; floris labello brevi, purpureo, cæteris petalis ex luteo virescentibus. *Catesb. Hist. Car. vol.* 2. *Tab.* 88.

FIGURA SECUNDA.

Planta herbacea, bulbulosa.

Folia subradicalia, vaginantia, lanceolata, longissima, trinervia.

Scapus ex centro erigitur simplex, ac nudus.

Flores verticales, rariores, petala longissima gerentes linearia, ac retroflexa, cum labio plano, cordato.

Fructus est siliqua ovata ac sulcata, superius petalis emarcidis coronata, (uti in laterali figura) semina gerens minima, compacta, uti in dissectâ apparet.

TAB. CLXXXV.

Fig. 1.

EPIDENDRUM
foliis radicalibus.

Fig. 2.

EPIDENDRUM
foliis subradicalibus,
lanceolatis, trinerviis.

TAB. CLXXXVI.

EPIDENDRUM
foliis aveniis.

EPIDEN DRUM
petalis oblon- gis, patulis.

TABULA CENTESIMA OCTOGESIMA SEXTA.

H*Elleborine* flore papilionaceo. *Plum. Cat. pl. p.* 9.

EPIDENDRUM foliis ſubradicalibus, lanceolatis, aveniis, petalis oblongis; labio reniformi, bifido.

FIGURA PRIMA.

Planta paraſitica ac bulboſa.

Folia ſubradicalia, vaginantia, longiſſima, avenia, nervo medio decurrente.

Scapus erectus, ſubarticulatus, vaginalis, ſuperne divaricatus, rariores gerens

Flores, quorum petala ſunt plana, oblonga, fere linearia, cum labio magno, bifido, reniformi.

Fructus ſunt ſiliquæ, ſubovatæ ac coronatæ, ſulcatæ & anguloſæ, uti in diſſectâ A adparet.

H*Elleborine* purpurea, tuberoſâ radice. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 9.

EPIDENDRUM foliis radicalibus lanceolatis, trinerviis; petalis oblongis, patulis, labio tubuloſo, repando.

Angræcum terreſtre, primum. *Rumph. Herbar. Amb. lib.* XI. *cap.* X. *Tab.* 52. *Fig.* 1.

FIGURA SECUNDA.

Planta herbacea, tuberoſa, ac terreſtris.

Folia vaginantia, ſubradicalia, longiſſima, lanceolata, ac trinervia.

Scapus lateralis, erectus, ſubarticulatus.

Flores ad mediam ſuperiorem partem excreſcunt alternati, pedunculati, & ſpecioſi, quorum petala ſunt extenſa, ſeu patula, oblonga, purpurea, cum labio ſingulari, concavo, ſeu tubuloſo.

Fructus eſt ſiliqua teres, ac longiſſima, variis ſulcis notata, uti in ſeparata B adparet.

Obſervatio. Non dubito, quin hæc planta ſit eadem, quam deſcripſit *Rumphius l. c.* de qua notat, quod e terrâ progerminet, & poſt foliorum lapſum tubera quatuor vel quinque ſupra terram erigantur, in articulos diſtincta, ad quorum latera florum ſcapi excreſcunt, uti in noſtra planta, flores purpureos quoque gerentes &c.

TABULA CENTESIMA OCTOGESIMA SEPTIMA.

H *Elleborine* ramoſiſſima, cauliculis & floribus maculoſis. *Plum. Cat. pl. p.* 9.

EPIDENDRUM foliis lanceolatis, quinquenerviis, racemo floribusque punctatis.

Planta cauleſcens, bulbos emittens ſimplices, vermiformes.

Caulis erectus, ſimplex, articulatus, inferius inveſtitus foliis vaginantibus, craſſis, nervoſis, ovatis, ſuperius punctatis, e quibus

Folia undique excreſcunt maxima, enſiformia, ſuperne inflexa, ſeu repanda, quinque craſſis nervis diſtincta, uti in laterali majore adparet, licet ab auctore in minoribus plures nervi per incuriam forte notati ſint, cæterum ſunt craſſa, nervoſa, avenia, lanceolata, & inferne, uti videtur, ſulcata.

Scapus florifer lateralis excreſcit, radicalis, longiſſimus, articulatus, rariſque ſquamis notatus, ſuperius racemoſus, ubi eleganter maculatus, ac cum floribus punctatus eſt.

Flores hi irregulares ſunt, nec ſatis diſtincte ab auctore delineati, ipſorum vero petala mirum in modum convoluta & inflexa ſunt, proximeque conveniunt cum illis *Vanillæ* vulgaris, quam plantam huic ſubjunxi cum exacta ipſius icone, ut melior idæa horum petalorum formari poſſit, quæ ſane ex auctoris data figura vix dignoſcuntur, vel diſtinguuntur.

Labium horum florum inmaculatum eſt, ſinuoſum, ac ſubovatum, uti in majori racemi ſegmento A adparet.

Fructus ſunt ſiliquæ ingentes, ventricoſæ, dependentes, in tres majores partes diſtinctæ ac ſulcatæ, uti in ſeparato majori fructu B liquet.

Obſervatio. Non dubito, quin *Angurek Katong'ging*, ſeu Herba Paraſitica, folio arundinaceo, flore ſcorpionem referente, odore moſchi, *Kæmph. amænit. exotic. p.* 868. ſi non cum noſtrâ ſit eadem, ſaltem ejus varietas, & *Epidendri* vera ſpecies habenda, cujus iconem ac deſcriptionem ulterius cùm noſtrâ conferant Botanophili, ut plenior noſtræ plantæ florum forma cognoſcatur. Vide porro. *Act. Upſal.* 1740. *p.* 37.

TAB. CLXXXVII.

EPIDENDRUM
racemo floribusque punctatis

EPIDENDRUM foliis ovato-oblongis, nervosis.

TABULA CENTESIMA OCTOGESIMA OCTAVA.

Vanilla flore viridi, & albo; fructu nigricante. *Plum. Nov. Gener. pl. Amer. p.* 25. *Geoffr. mat. Med. vol.* 2. *p.* 362.

EPIDENDRUM foliis ovato-oblongis, nervosis, sessilibus, caulinis, cirrhis spiralibus. *Roy. pr. p.* 13. *Linn. spec. p.* 952. *no.* 1.

Epidendrum foliis ovato-oblongis, petiolis inferne amplexicaulibus, cirrhis radicatis. *H. Cliff. p.* 430. ubi descriptio.

Epidendrum scandens, foliis elliptico-ovatis, nitidissimis, margine membranaceo cinctis, subsessilibus; inferioribus claviculis jugatis, superioribus oppositis. *Brouw. Hist. Jam. p.* 326.

Vanillas piperis arbori Jamaicensis innascens. *Plukn. Alm. p.* 381. *Tab.* 320. *Fig.* 4.

Vanillo. Merian. Surin. Tab. 25. *S. Dale Pharmac. p.* 371.

Volubilis siliquosa, plantaginis folio. *Catesb. Carol. app. p.* 7. *Tab.* 7.

Volubilis Americ. capreolata, Plantaginis foliis, siliquis longis, moschum olentibus. *Moris. Hist. pl. tom.* 3. *p.* 612.

Lobus oblongus, aromaticus. *Clus. exotic. p.* 72. *Sloan. Cat. pl. Jam. p.* 70. *Hist. Jam. vol.* 1. *p.* 180.

Tlilxochite. Hernand. Hist. Mexic. p. 38.

β *Angurek Warna*, seu herba scandens, parasitica; folio arundinaceo, fl. variegato, hexapetalo, papilionem volantem exprimente, proboscide brevi. *Kæmph. amænit. exotic. p.* 867?

Licet hæc planta a variis auctoribus sit commemorata, atque a paucis ipsius fructus, & folia icone expressa, a nullo tamen, nisi forte a *Catesb.* ipsius flores, totaque forma simul exhibita, unde eam ab auctore nostro satis exacte depictam in Tabula oculis exponere volui; descriptionem vero addere superfluum esset, quum exactissime a *Geoffr. l. c.* (uti apparet ex *Plumierii mss.*) sit descripta, ubi & aliæ hujus species, quæ potius varietates habendæ, recensentur; sed inter Auctoris icones altera minor ejus reperitur species, quæ *Vanilla* flore albo, fructu breviore corallino a *Plum.* in *nov. gen. p.* 25. vocatur; quum vero tantum ipsius flores ac fructus digitum circiter longi, & quasi truncati depicti sunt, nec satis exacte, hinc ulteriori examini in patrio solo eam relinquimus.

TABULA CENTESIMA OCTOGESIMA NONA.

HELLEBORINE; radice arundinacea, foliis ampliſſimis, lyratis. *Plum. Cat. pl. p.* 9.

LIMODORUM foliis nervoſis, lanceolatis, acutis, radice tuberoſa.

Limodorum. Roy. pr. p. 16. ubi ejus character. *Linn. ſpec. p.* 950. &c.

Helleborine Americana, radice tuberoſa, foliis longis, anguſtis, caule nudo, floribus ex rubro pallide purpuraſcentibus. *Martyn. Centur. p.* 50. *Tab.* 50.

Satyrium foliis liratis, longiſſimis, ſcapo florifero partiali, ſubſquamoſo? *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 325. *no.* 10.

Radix tuberoſa, arundinacea, prorepens, albicans.

Folia ſubradicalia, vaginantia, craſſa, nervoſa, lanceolata, acuta, in naturali ſolo latiſſima, inferius ſulcata, ſeu canaliculata, uti in ſeparato majori folio patet.

Scapus radicalis, longiſſimus, articulatus, nudus uſque ad verticem, ubi

Flores in thyrſum colliguntur, patentes, ex petalis æqualibus conſtantes A, quæ a ſyſtematicis ulterius cum ipſorum partibus deſcribuntur.

Fructus eſt capſula oblonga B, ſulcata, & anguloſa, petalis emarcidis coronata, uti ex integro & diſſecto fructu C juxta auctoris delineationem patet.

TABULA CENTESIMA NONAGESIMA.

HELLEBORINE foliis liliaceis, radice Aſphodeli, major & minor. *Plum. Cat. p.* 9.

LIMODORUM foliis nervoſis, oblongis, obtuſis, radice bulboſa.

Satyrium erectum, minus, Aſphodeli radice, foliis oblongo-ovatis, radicalibus, ſcapo aſſurgente, ſubſquamoſo, ſpicato. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 324. *no.* 4.

Orchis elatior, latifolia, Aſphodeli radice, ſpica ſtrigoſa. *Sloan. Hiſt. Jam. vol.* 1. *Tab.* 147. *Fig.* 2.

Epipactis amplo flore luteo. *Fevill. Peruv. tom.* 2. *p.* 729. *pl.* XX.

Radix ex plurimis bulbis, oblongis, ac ſimplicibus conſtat, uti in Aſphodelo.

Folia in majori ſpecie ſubradicalia, oblonga, quam maxime obtuſa, nervoſa, ſed rariora excreſcunt; in minori ſpecie quaſi petiolata, canaliculata, nervoſa, latiora, magisque acuminata, cujus iconem ob elegantiorem delineationem dedimus.

Sca-

TAB. CLXXXIX.

LIMODORUM
foliis nervosis, lanceolatis.

LIMODORUM
foliis nervosis, oblongis.

TAB. CXCI.



CACTUS octangularis, erectus.

Scapus ex ipſo centro erigitur, ſquamis alternatis ac ſubulatis inveſtitus, quæ in majori ſpecie latiores, oblongæ, & amplexicaules videntur, uti in adjecto majoris ſpeciei ſcapo patet A.

Flores in ſuprema parte copioſiſſimi, & quaſi ſpicati excreſcunt, quorum forma proxime cum *Limodori* genere convenire videtur, quum vero non ſatis exacte ſint delineati, nil certi hactenus definio, & in patrio ſolo ulterius inquirendi ſunt, ita ut inter plantas dubias tam diu numeranda ſit, quum de genere huc usque dubitare liceat, & quamvis in *Fevill.* icone ſatis exacte ſint delineati flores, a noſtris tamen diſtincti, nec ita ſpicati, tota vero plantæ facies ſuadet cum noſtrâ convenire, & ipſi adfinem eſſe.

TABULA CENTESIMA NONAGESIMA PRIMA.

MELOCACTUS monoclonos, flore albo, fructu atropurpureo. *Plum. Cat. pl. p.* 19. *Tourn. inſt. p.* 653.

CACTUS octangularis, erectus, angulis compreſſis; ſpinis absque tomento confertis.

Cactus erectus, longus, ſuboctangularis, angulis obtuſis. *Linn. ſpec. pl. p.* 467. *no.* 9.

Cactus novem angularis, longus, erectus, angulis obtuſis. *Linn. H. Cliff. p.* 181.

Cactus cylindraceus, erectus, ſulcatus, major, ſummitate obtuſus; aculeis confertis. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 238. *no.* 8.

Cereus craſſiſſimus, fructu utrimque rubro. *Sloan. Cat. pl. Jam. p.* 196. & *Hiſt. Jam. vol.* 2. *p.* 157.

Cereus erectus, fructu rubro, non ſpinoſo. *Herm. Parad. Bat. p.* 114.

Cereus erectus, maximus, Americ. hexangularis, flore albo, radiato. *Bradl. Hiſt. pl. ſuccul. pag.* 1.

Caudex ſimplex, erectus, ad ſummum indiviſus, angulis ac ſulcis notatus obtuſis, & compreſſis, plerumque octoangularis, ſpinis undique armatus ſetaceis, faſciculatis, ac ſtellæformibus; ad verticem confertiſſimis, ubi caudex in conum terminatur obtuſum.

Flores in ſumma ipſius parte proveniunt ſeſſiles, ſolitarii, ſatis frequentes reſpectu congenerum, ex petalis pluribus cordiformibus conſtantes, cum ſquamis calycinis inermibus & inbricatis, craſſum formantes tubum, intus innumera continentes ſtamina, cum ſtilo prominente longiſſimo, ſuperne ſtigmate capitato quinquefido inſtructo.

Fructus, eſt Pomum ingens, ovato-oblongum, uniloculare,

Semina plurima, ſubrotunda, nidulantia continens, uti in diſſecto fructu in Tabula conſpicitur.

Obſervatio. Sub nomine *Cacti* quatuor hodie comprehenduntur genera, Primo *Cereus*, qui formam vulgo obtinet longam, cylindraceo-angulatam.
Secundo *Melocactus*, cujus facies eſt ſubrotunda, angularis.
Tertio *Opuntia* ſeu *Tuna*, quæ ramoſa, dichotoma, ac prolifera.
Quarto *Pereskia*, quæ arborea, ac folioſa.
Omnes vero ſpinoſæ ſunt, externa facie, & florum ac fructuum forma proxime inter ſeſe convenientes, ita ut Cl. *Linnæus* antiquum aſſumpſerit nomen *Cactum*, quo planta denotatur aculeata, plerumque angularis, edulis, & carnoſa &c.

TABULA CENTESIMA NONAGESIMA SECUNDA.

Melocactus arboreſcens, tetragonus, flore exalbido. *Plum. Cat. pl. p.* 19. *Tourn. inſt. p.* 653.

CACTUS brachiatus & articulatus, articulis oblongis, ſinuoſis, caudice erecto, inermi, quadrangulari, aculeis brachiorum curtis, & confertis.

Opuntia major, ſpinoſa, cauleſcens, foliis longis & anguſtis, pendulis. *Sloan. Cat. pl. Jam. p.* 195.
Jamacary tertia. *Piſon Hiſt. nat. p.* 189. & *Marcgr. p.* 126.

Caudex ſimplex, erectus, mitis, quadrangularis.
Rami brachiati & articulati, ex plurimis articulis, inæqualiter ſitis, & ſinuoſis, ac ſpinoſis conſtantes.
Flores ad articulorum extremum proveniunt, ſeſſiles, vagi, ac ſolitarii, atque hi ex tubo longo conſtant, qui componitur ex ſquamis calicinis, oblongis, ſimplicibus, ſuperne ciliatis ac ſpinuloſis, cum ſtilo longiſſimo, prominente, uti in ſeparatis majoribus conſpicitur ipſorum partibus A & B.
Fructus ſunt poma ovata C, aculeis vagis armata, quæ plurima continent ſemina, in pulpa nidulantia D, uti in diſſecto fructu adparet.
Obſervatio. *Melocacti* hi arboreſcentes *Plumierii*, Opuntiæ olim dictæ veræ ſpecies habendæ ſunt, unde mirandum, quod auctor in catalogo ſuo illos ſeparaverit, uti ex ſubſequentibus ejus Opuntiis patebit, quum nulla generica differentia in iis obſervetur; merito itaque hæ omnes plantæ a Botanicis hodiernis ad unum rediguntur *Cacti* genus.

TAB. CXCII.

CACTUS brachiatus & articulatus.



CACTUS ramosissimus, articulis æqualibus.

TAB. CXCIV.



CACTUS ramosus, articulis oblongis, triquetris.

TABULA CENTESIMA NONAGESIMA TERTIA.

MELOCACTUS arboreſcens; folio ſtriato, ſpinoſiſſimo, fructu aureo, tuberculoſo. *Plum. Cat. pl. p.* 19. *Tourn. inſt. p.* 653.

CACTUS ramoſiſſimus, articulis æqualibus, ſtriatis, ſetis ſpinoſis undique armatus.

Opuntia major, ſpinoſa, cauleſcens, foliis atrovirentibus, longis, & anguſtis, pendulis, fl. rubro. *Sloan. Cat. p.* 195.

Opuntia foliis longiſſimis, atrovirentibus, maxima, Americana. *Breyn. prodr.* 2. *p.* 87.

Jamacary. Marcgr. hiſt. Braſil. p. 175. & Jamacary ſecunda. *Piſon.* p. 189.

Caudex ſimplex, erectus, multangularis, ex decem utcunque angulis conſtans A ſpinoſiſſimis, ſpinis undique decuſſantibus armatus.

Rami brachiati & articulati, articulis conſtantes longiſſimis, æqualibus, ſeu linearibus, undique ſtriatis, ac ſetis plurimis cruciatis ſpinoſiſſimis undique armatis.

Flores & *fructus* uti in præcedente, qui in articulorum ſuperiore parte excreſcunt, hi vero ſquamoſi & muricati plurima oblonga minutiſſima continent ſemina B.

TABULA CENTESIMA NONAGESIMA QUARTA.

MELOCACTUS arboreſcens, trigonus, unduloſus, aculeis validis munitus, fructu ſubviridi. *Plum. Cat. pl. p.* 19. *Tourn. inſt. p.* 654.

CACTUS ramoſus, articulis oblongis, triquetris; caudice ſpinoſo, triangulo.

Cactus articulato-prolifer, articulis ovato-oblongis, ſpinis ſetaceis. *Linn. ſpec. p.* 468. *no.* 16.

Cactus compreſſus, articulatus, ramoſus, articulis ovato-oblongis, ſpinis ſetaceis. *Linn. H. Cliff. p.* 183. *Roy. pr. p.* 280.

Cactus brachiatus, & articulatus, articulis oblongo-ovatis, compreſſis, caudice tereti, erecto, ſpinoſiſſimo, aculeis brachiorum brevibus confertis. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 237. *nb.* 3.

Caudex erectus, ſimplex, trigonus, ſpinis ſetaceis, faſciculatis ad angulos armatus.

Rami vagi, articulati, articulis conſtantes rarioribus, oblongis, triquetris, ſpinuloſis, margine repandis.

Flores ad ipſorum extremum rariores excreſcunt, ex longis conſtantes tubis cum radio extenſo, petalis ac ſtaminibus innumeris, & ſtilo breviſſimo, uti in ſeparato majore flore A patet.

Fructus, eſt pomum ſubrotundo-ovatum, & quaſi truncatum, B pulpa refertum molliſſima, in qua rariora nidulantur *ſemina*, uti in diſſecto conſpicitur C.

TABULA CENTESIMA NONAGESIMA QUINTA.

Melocactus arboreſcens, Cereiformis & ſpinoſiſſimus, fructu oblongo ſubluteo; ſeu *Melocactus* arboreſcens, folio ſtriato, ſpinoſiſſimo, fructu oblongo, ſubluteo. *Plum. Hiſt. mſſ. Tom.* 3. *p.* 26.

CACTUS erectus, octangularis, angulis rotundatis; ſpinis radiatis ac ciliatis.

Cereus erectus altiſſimus, Surinamenſis. *Herm. Parad. Bat. p.* 116. *Volckam. fl. Norimb. p.* 97.

β *Cactus* erectus, ſexangularis, longus. *Linn. ſpec. p.* 466. *no.* 5.

Cereus Americ. octangularis, ſpinis albicantibus. *Bradl. Hiſt. pl. Succ. Dec.* 2. *p.* 3. *Tab.* 12.

FIGURA PRIMA.

Caudex erectus, ~~ſimplex, longiſſimus, in noſtrâ~~ octangulus, ad angulos ſpinis armatus faſciculatis, ſeu ſtelliformibus, ſetaceis A.

Flores ex longo conſtant tubo B, qui in primis formatur ex ſquamis calicinis ſimplicibus, oblongis, atque inermibus, illi vero ſuperne ſeſe explicant in petala plurima extenſa, ad oras crenata C, atque interne innumera continent ſtamina, uti in reliquis.

Fructus eſt conus obtuſus, ſimplicibus & inermibus ſquamis tectus, intus continens ſubrotunda ſemina, in pulpa nidulantia D.

Opuntia altiſſima, Cereiformis, aculeis validiſſimis, flore amplo, fimbriato. *Plum. Cat. pl p.* 6.

CACTUS erectus, octangularis, ſpinis ſubulatis, validisſimis, flore fimbriato.

Opuntia major, validisſimis ſpinis munita? *Tourn. inſt. p.* 239.

Opuntia major, folio oblongo, rotundo, ſpinis longisſimis & validisſimis confertim naſcentibus obſito, flore luteo. *Sloan. Catal. pl. p.* 193. *Hiſt. vol.* 2. *p.* 149.

Cereus erectus, crasſisſimus, maxime anguloſus, ſpinis albis, pluribus, longisſimis. *Boerh. Ind. H. L. B. tom.* 1. 293.

β *Cactus* brachiatus & articulatus, articulis ovatis, compreſſis, aculeis longisſimis, confertis. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 237. *no.* 23? &c.

FI-

TAB. CXCV.



Fig. 2.

CACTUS octangularis, ſpinis ſubulatis.

Fig. 1.

CACTUS erectus, octangularis.

TAB. CXCVI.

CACTUS erectus, ramosus, undecim-angularis.

FIGURA SECUNDA.

Planta altisſima, ſimplicem gerens inſtar Cereorum caudicem, octangularem E, ſpinis longisſimis faſciculatis & ſubulatis armatum, quæ deciduæ videntur, uti in trunci ſegmento ex ipſarum veſtigiis patet, atque illæ ad angulos in primis videntur excreſcere.

Flos non tubuloſus eſt uti in prioribus, ſed potius roſaceus videtur, ex petalis ſerratis ac ciliatis cum ſtilo longisſimo conſtans F.

Fructus eſt pomum ſubrotundum, ſpinuloſum, intus continens plurima, ſubrotunda *ſemina*, ut in diſſecto adparet G.

TABULA CENTESIMA NONAGESIMA SEXTA.

Puntia arbor, excelſa, Cereiformis, flore albo. *Plum. Cat. p.* 6. *Tourn. p.* 240.

CACTUS erectus, ramoſus, undecim-angularis, ſpinoſisſimus.

Cactus erectus, cylindraceus, ſulcatus, tenuior, ſummitate attenuatus, aculeis confertis. *Brouw Hiſt. Jam. p.* 239 *no.* 9?

Cereus altiſſimus, gracilior, erectus, fructu luteo, intus niveo, ſeminibus nigris pleno. *Sloan. Cat. pl. Jam. p.* 197.

Cereus erectus, maximus, fructu ſpinoſo rubro? *Herm. Par. Bat. p.* 113. *Boerh. Ind. H. L. B. tom.* 1. *p.* 293.

Plantæ caudex ſimplex, ex plurimis angulis, undecim utcunque conſtans, ſuperne ramoſus, ex variis, ſimplicibus, irregularibus, & inæqualis longitudinis articulis compoſitus, qui ſpinulis undique ſetaceis & faſciculatis armantur, uti & tota planta ſpinoſisſima eſt.

Flores in ſummitate excreſcunt inter ſpinas ad angulos ſesſiles, ex brevibus conſtantes tubis, atque petala inſtar Roſæ extenſa gerentes, cum innumeris ſtaminibus, ac ſtylo prominente longisſimo, quales in majori florifero, & obtuſi coni ſegmento conſpiciuntur ad latus Tabulæ.

Obſervatio. Hæc planta externa ſua facie modoque florendi magis *Cereis* quam *Opuntiis* adfinis eſt, unde vix patet, quam ob rem Auctor hanc potius ad *Opuntias* retulerit, qui alioquin, ratione Epochæ Botanicæ, in qua vixit, ſatis accurate, ac ſæpe nimis ſollicite genera ſeparavit; ſed quum omnes hæ plantæ ſub uno jam militent genere *Cacti*, nullum Botanicis ſcrupulum movebunt.

TABULA CENTESIMA NONAGESIMA SEPTIMA.

O *Puntia* arbor, ſpinoſiſſima, foliis Portulacæ cordatis. *Plum. Cat. p.* 6.

CACTUS caule tereti, arboreo, ſpinoſo, foliis cuneiformibus, retuſis. *Linn. ſpec. p.* 469. *no.* 22.

β *Jamacary* ſexta. *Piſon. Hiſt. natur. p.* 191.

FIGURA PRIMA.

Caulis foliis nudus, ſed ipſorum loco ſpinis ſetaceis faſciculatis armatus.

Folia in ramis cuneiformia, emarginata, craſſa, ſucculenta, alterna per ramos tenellos, inter quæ ſpinæ ſubſolitariæ, ſubulatæ.

Flores & *fructus* in ramulorum ſummo excreſcunt ſolitarii, rarius gemini, quorum petala roſacea, plana, & cordata.

Fructus ſunt poma ſubrotunda, ſubanguloſa, nullis foliis ſuffulta, uti in *Pereskia*, cui tamen hæc planta quam maxime adfinis eſt, & proxime accedit, & licet ſatis exacte ab auctore noſtro ſit delineata *Pereskia*, ipſam tamen huic non ſubjungam, quum Botanicis jam ſit notiſſima ex *H. Eltham.* optima figura & deſcriptione, nec non ex *H. Amſt. tom.* 1. *Tab.* 70. Quas tamen Cl. *Dillenius* putat eſſe diverſas, quæque ubivis in Botanicorum hortis eſt obvia

O *Puntia* minima, flagilliformis. *Plum. Cat. p.* 6. *Tourn. inſt. p.* 240.

CACTUS inermis, aphyllus, ramoſus, ramulis gracilibus, compreſſis, articulatis.

Cactus paraſiticus, inermis, aphyllus, ramoſus, propendens, ramulis gracilibus, teretibus, ſtriatis. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 238. *no.* 11.

FIGURA SECUNDA.

Planta fruticoſa, ac ramoſa, ex ramulis articulatis, digotomis, & trigotomis conſtans.

Floſculi ad ipſorum ſupremam excreſcunt partem, ab auctore ruditer depicti.

Fructus videntur conuli obtuſi, & quaſi truncati, quantum ex icone conjicere licet, ſed qui in loco natali ulterius ſunt inveſtigandi, ita ut inter dubias plantas hæc quoque numeranda, atque vix hujus generis eſſe videatur, quum vero ab auctore, uti & a Cl. *Brouw. l. c.* ut puto, huc relata ſit, non auſus fui, nec potui eam ad aliud reducere genus, quod poſteris curæ ſit.

TA-



Fig. 1.

CACTUS caule tereti, arboreo, ſpinoſo.

Fig. 2.

CACTUS inermis, aphyllus, ramoſus.



CACTUS articulato-prolifer, articulis globosis.

C. moniliformis Lin
Cereus DC.

TAB. CXCIX.



Fig. 2.

CACTUS repens,
trigonus.

Fig. 1.

CACTUS repens,
subquinque angularis.

TABULA CENTESIMA NONAGESIMA OCTAVA.

MElocactus ex pluribus globulis Opuntiæ modo naſcentibus, ſpinoſiſſimis. *Plum. Cat. pl. p.* 19. *Tourn. inſt. p.* 653.

CACTUS articulato-prolifer, articulis globoſis, glomeratis, ſpinoſis. *Linn. ſpec. pl. p.* 468. *no.* 14.

Planta ſeſſilis, articulata, ex articulis conſtans globoſis, ſibi mutuo inarticulatis, ſeu adcretis inſtar proliferarum, atque illi ſpinas undique emittunt ſolitarias, rarius geminas, longas, ſubulatas, acutiſſimas.

Flores in articulis ſummis eriguntur ſeſſiles, ex longo ſquamoſo tubo conſtantes, cum petalis explicatis, ſinuoſis, & ſtilo longiſſimo prominente, cujus ſtigma latiſſimum, ac multi-partitum eſt.

Obſerv. Inter omnes *Cactorum* ſpecies hæc rariſſima, & maxime ſingularis planta eſt, a nemine ante auctorem noſtrum obſervata & commemorata.

TABULA CENTESIMA NONAGESIMA NONA.

MElocactus repens, tetragonus, & pentagonus, flore albo, fructu rubro, & coccineo. *Plum. Cat. p.* 20. *Tourn. inſt. p.* 653.

CACTUS repens, ſubquinque angularis. *Linn. ſpec. p.* 467. *no.* 11.

Cactus ſcandens, angulis quinque, pluribusque obtuſis. *Linn. H. Cliff. p.* 182. *Roy. pr. p.* 280.

Cereus Americanus, major, articulatus, flore maximo, nocte ſeſe aperiente, & ſuaviſſimum odorem ſpirante. *Volk. Heſp. Norimb.* 1. *p.* 133. *Tab.* 134.

Cereus ſerpens ἑλιόφυγας, ſeu ſolfuga. *Plukn. Mantiſſ. p.* 76. ubi floris peculiaris indoles denotatur.

FIGURA PRIMA.

Planta proprie eſt repens, ſique radiculis, quas hic inde emittit, adſtantes arbores, aliaque fulcra attingere poteſt, ſcandit, longiſſima emittens ſarmenta, plerumque quatuor vel quinque, aliquando plures angulos formantia, ſpinis per interſtitia erumpentibus faſciculatis, ſetaceis, ſtellæ in modum in orbem expanſis, quæ in Auctoris icone frequentiores depictæ ſunt, quam in noſtris obſervantur plantis, quæque in pentagona ejus varietate ab auctore etiam multo rariores & tenuiores delineatæ ſunt.

Flos diu latet, ac tarde creſcit, conumque primo format obtuſum, ſpinulis ſubtiliſſimis armatum, quum vero ſeſe aperit, ingentem primo

explicat calycem, ex meris ſquamis, quadruplici quidem ſtrato ſitis, compoſitum: Veſperi vero, quum ipſe jam florebit, circa horam ſeptimam plerumque ſeſe aperire incipit, duodecima horâ candidiſſimus micat, omniumque amæniſſimum & ſuaviſſimum præbet ſpectaculum, & odorem, qui per totum ſeſe diffundit hypocauſtum, in quo ut copioſe hæc planta floreat, proxime ad feneſtras in fictilibus verno tempore deponenda eſt, quoque magis Soli exponatur, ejusque radiis illuſtretur, eo luxurioſior, magisque florifer obſervatur, ita ut, licet flos Solem videatur ſubterfugere, quum per noctem ſeſe aperiat, planta tamen ipſa Ἡλιόφιλα, ſeu Solis amica obſervatur.

Qui hujus porro incomparabilis floris ſingularem ſcire deſiderat ſtructuram, adeat *H. Cliff. l. c.* ubi a Cl. *Linnæo* exactiſſime & graphice ejus partes ſeparatæ explicantur, quæ a Cl. *Trewio* in *decur. Tab.* 31 & 32. elegantiſſime delineatæ exhibentur.

M*Elocactus* repens, trigonus, flore albo, fructu violaceo. *Plum. Cat. p.* 20.

CACTUS repens, trigonus, ſpinis quaternis, ſetaceis.

ß *Cactus* triangularis, ſcandens, articulatus, *Linn. H. Cliff. p.* 182. *no.* 1.

FIGURA SECUNDA.

Obſervatio. Licet hæc planta cum *Cereo* trigono articulato, fructu ſuaviſſimo *Herm. Prodr. p.* 118. a Botanicis vulgo jungatur, ex forma tamen articulorum, *Hermanni* icone, ſpinisque inprimis quaternis, cruciatisque patet, longe aliam eſſe plantam, illamque *Hermanni* melius convenire cum alia *Plumierii* planta mox ſubſecutura, quæ ſpinas ſimiles ac illa gerit; cæterum harum plantarum fructus dulciſſimi, acidodulces, ab incolis in deliciis habentur, quam maximum in ferventibus iſtis regionibus refrigerium ſitientibus præbentes, quique Aurantiorum magnitudinem ſæpe adæquant, ita ut licet hæ plantæ ſpinis undique armatæ, foliis deſtitutæ, atque inſtar ſerpentum primo adſpectu fugiendæ & horrendæ, humano tamen generi ob delicatos fructus amabiles ſint, & in ſilvis campeſtribus, ubi ad arbores adſcendunt, quam aviditſime a ptætereuntibus & ſitientibus incolis expetantur; omnes porro hæ repentes ſpecies, ipſarumque varietates eundem habent creſcendi modum; ſi nulla inveniant adminicula, quibus ſeſe ſuſtinere valent, per terram proſerpunt, ſi vero arbores, ad quas ſeſe erigere poſſunt, adtingant, fibrillas radicales ad ipſas emittunt, harumque corticibus ſeſe figunt, ipſas adſcendunt arbores, atque per illarum frondes ſeſe extendunt luxurioſiſſime tanquam Paraſiticæ, ex ipſis quoque nutrimentum ſugunt per fibrillas ipſis infixas, quum harum plantarum radices terræ inhærentes adeo puſillæ ſunt ratione ipſarum magnitudinis, uti id evidentiſſime patet in *Cactis* erectis, quæ vix notabiles gerunt radices, ſcopulisque tam firmiter ſæpe infixæ ſunt, ut ab iis ſine ſumma læſione vix ſeparari poſſint, unde hoc plantarum genus vix per fibrillas terræ inhærentes nutrimentum haurire videtur, quod in aliis quoque ſucculentis obtinet plantis, uti id de variis Aloës, Meſembryanthemi, aliarumque ſpeciebus ſatis cuique notum eſt.

T A-



Fig. 2.

CACTUS caule triangulari, articulato.

C. trigonus Haw.

Fig. 1.

CACTUS trigonus, repens; ſpinulis quaternis.

Cereus triangularis Haw.

TABULA DUCENTESIMA.

MElocactus trigonus, brevibus aculeis munitus, flore albo, fructu coccineo. *Plum. Cat. pl. p.* 19. *Tourn. inſt. p.* 653.

CACTUS trigonus, repens; ſpinulis quaternis, ſubaduncis.

Ficoides Americana; ſeu *Cereus* criſtatus, foliis triangularibus, profunde canaliculatis. *Plukn. Almag. p.* 147. *Tab.* 29. *Fig.* 3

β *Cereus* Americ. triangularis, radicoſa. *Bradl. hiſt. pl. Succ. p.* 4.

FIGURA PRIMA.

Hæc eodem modo, quo prior creſcit, ſed articuli longiores, profundius ſulcati, ſpinæque curtæ rariores & latiores, & quaſi aduncæ; *Flos* inſtar primæ repentis ſpeciei, ſpecioſus, ingens, & ample ſeſe extendens, ſed ſquamæ calicinæ inermes penitus, nec ullis ſpinulis armatæ, uti in alius ſquamis inprimis inferioribus; ita ut hæ plantæ in plurimis partibus conveniant, in paucis differant, atque ſi quis eas pro varietatibus tantum habere velit, per me licet, quum vero *Plumier.* eas diſtinxerit, & ego has ſeparatas proponere debui & volui.

MElocactus trigonus, alius, repens, fructu coccineo, ex inſula Sanctæ Crucis. *Plum. Hiſt. mſſ. Tom.* 3. *p.* 15.

CACTUS caule triangulari, articulato, margine ſinuoſo, ſpinis faſciculatis.

β *Cactus* repens, triangularis. *Linn. ſpec. p.* 468. *no.* 13?

Cereus ſcandens minor, trigonus, articulatus, fructu ſuaviſſimo. *Herm. Parad. Batav. p.* 118. cujus icon cum noſtra optime quadrat. *Boerh. Ind. H. L. B. tom.* 1. *p.* 293.

Cactus debilis, brachiatus, æqualis, triquetrus, ſcandens vel repens, ſpinis breviſſimis, confertis. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 238. *no.* 6.

Cereus Peruvianus, amplexicaulis, articulatus, fr. rotundo, maximo, coccineo. *Herm. Par. Bat. Pr. Volk. fl. Norimb. p.* 97.

Ficus Indica, folio triangulari, enſiformi, ſtellatim aculeato. *Sloan. Cat. pl. Jam. p.* 196. &c.

FIGURA SECUNDA.

Idem, uti in prioribus, in hac quoque obſervatur creſcendi modus, unde hæ plantæ ab auctoribus quam maxime inter ſeſe confunduntur, paucas collegi Botanicorum denominationes, quæ ſingulis competere mihi viſæ fuere, incertas rejeci, novasque, quæ magis convenientes videbantur, adpoſui, Lector judicet & inquirat, cumque aliis comparet. Quique porro ipſarum creſcendi modum, internamque ſtructuram ſcire deſiderat, adeat *Herm. Parad. Batav. p.* 112 & 113.

TABULA DUCENTESIMA PRIMA.

M*Elocactus* minimus, lanuginoſus, & tuberoſus. *Plum. Cat. p.* 19. *Tourn. inſt. p.* 653.

CACTUS ſeſſilis, ſubrotundus, tuberculoſus, mammillaris.

Opuntia, Echinomelocacti effigie, tuberoſa, fructu leviſſimo, amethyſtino. *Breyn. Prodr.* 2. *p.* 87.

Echinomelocactos minor, lacteſcens, tuberculis minoribus, *Herm. Parad. Batav. p.* 138.

Ficoides, ſeu *Melocactus* minimus, lanuginoſus, ſpinis mitioribus, fructu ſparſim egrediente. *Plukn. Phyt. Tab.* 29. *F.* 2. *Bradl. decur.* 3. *p.* 11.

FIGURA PRIMA.

Planta ſeſſilis, terræ penitus incumbens, radices undique ſpargens ſimplices, ad extremum bifurcatas, albicantes.

Tota hujus plantæ compages conſtructa eſt ex numeroſis, oblongisque tuberculis, inſtar mammillarum protuberantibus, & in ſuprema parte tenuiſſimis ſpinulis cum lanugine intertexta armatis, quarum paucæ ab Auctore in inferiore plantæ parte delineatæ ſunt, uti & Floſculus *a*, cum fructu *b*, & diſſecto *c*, ac ſeminibus minutiſſimis *d*, ſeparatim in Tabula conſpiciuntur, quæ, uti in altera hujus ſpecie ſuum ortum undique ex papillis, ipſarumque interſtitiis obtinebunt.

NB. In ordine iconum *Plumierii* ſequeretur jam *Melocactus* purpureus, ſpinis in ſpiram contortis *Cat. p.* 19. ſed quum hic tantum variat ſulcis oblique & fere in ſpiram ductis a *Melocacto vulgari majore*, qui cuivis notus, & toties jam delineatus eſt, cujusque optima Figura in *Bradl. dec.* IV. *pag.* 9. occurrit, hinc eum omittimus, vocaturque Echinomelocactus major, non lacteſcens, coſtis obliquis ab *Herm.* in *Parad. Bat. p.* 136. ubi vide reliqua ad haſce plantas pertinentia.

M*Edicago* arborea, aculeata, polyphylla. *Plum. Cat. pl. p.* 8.

MEDICAGO leguminibus lunatis, margine integerrimis, foliis pinnatis, foliolis oblongis, caule aculeato, arboreo.

FIGURA SECUNDA.

Planta arborea, cujus caulis & rami aculeati ſtipulis geminis, ſpinoſis, & recurvis ad ortum pinnarum & ramulorum.

Folia pinnata. *Foliola* oblonga, integerrima, nunc novem, nunc ſeptem, nunc quinque, nunc obpoſita, nunc alternata, ita ut Natura nullum certum ordinem in hac videatur obſervare planta.

Flores terminales ac racemoſi, vulgaris formæ.

Legumen eſt reniforme, ſeu lunulatum, nec dentatum.

Finis Faſciculi Octavi.

TAB. CCI.

Fig. 2.

MEDICAGO leguminibus lunatis, foliis pinnatis.

Fig. 1.

CACTUS sessilis, tuberculosus.

Mac glomerata DC. Prod 3. 459
Cactus glomeratus Lam dict. 1. 257

PLANTARUM AMERICANARUM

FASCICULUS NONUS,

Continens Plantas, quas olim

CAROLUS PLUMIERIUS,

Botanicorum Princeps

Detexit, Eruitque,

Atque in INSULIS ANTILLIS ipſe depinxit.

Has primum in lucem edidit,

Concinnis deſcriptionibus, & Obſervationibus,

Æneisque Tabulis illuſtravit

JOANNES BURMANNUS, M. D.

Athenæi illuſtris, & in Horto Medico Amſtelædamenſi

PROFESSOR BOTANICES,

Academiæ Cæſareæ Naturæ Curioſorum Socius, Regiæque Societatis Scientiarum Upſalienſis Collega.

Sumtibus Auctoris,
Proſtant Amſtelædami in Horto Medico,
Atque
Apud PETRUM SCHOUTEN;
& LUGD. BATAV.
Apud GERARD. POTVLIET, & THEODOR. HAAK.
M. DCC. LIX.

DOCTISSIMO & CELEBERRIMO VIRO,

JOANNI GESNERO,

MED. DOCT.

PHYS. & MATHES. PROFESSORI

IN LYCEO THURICENSI,

REVEREND. CANONICORUM COLLEGII

MEMBRO DIGNISSIMO;

ACADEM. IMPER. NATUR. CURIOS.

SOCIET. REGIIS SCIENTIAR. BEROLIN. SUECIÆ,
UPSAL. GOTTING.

PHYSICO-BOTANICÆ FLORENT.

&

PHYSICO-MEDICÆ BASILENSI ADSCRIPTO,

BOTANICO CONSUMMATISSIMO,

AMICO VETERANO CANDIDISSIMO,

NONUM HUNC

PLANTARUM AMERICANARUM

FASCICULUM.

EO, QUO PAR EST,

AMORE DEDICAT

JOANNES BURMANNUS.

TAB. CCII.



MIMOSA aculeata, foliis quadripinnatis.

PLANTARUM AMERICANARUM

FASCICULUS NONUS.

TABULA DUCENTESIMA SECUNDA.

Mimoſa humilis, fruteſcens, & ſpinoſa, ſiliquis conglobatis. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 17.

MIMOSA aculeata, foliis quadripinnatis, foliolis numeroſis ovato-acutis; capitulis globoſis.

β *Mimoſa* foliis ſubdigitatis, pinnatis, caule aculeato, hiſpido. *Linn. ſpec. p.* 518. *no.* 14.

Mimoſa caule aculeato, foliis pinnato-palmatis &c. *Linn. H. Cliff. p.* 208. *no.* 3. ubi vide reliquos Auctores.

Planta fruticoſa-herbacea, humilis, ramoſa, procumbens.

Radix late diffuſa, brachiata, fibrilloſa.

Caules lignoſi, aculeis recurvis, vagis, ad ramorum & foliorum ortum geminis exaſperati, apud nos ſtrigoſi & hirſuti, quod ex *Plumierii* icone non patet.

Petiolus communis quatuor folia pinnata ad apicem ſuſtinet, quæ ad tactum ſeſe contrahunt, & ſibi incumbunt, uti in ſolis occaſu.

Foliola numeroſa, a decem ad duodecim utcunque obpoſita, ovato-oblonga, ſeu oblongo-acuta, integra, glabra.

Flores in capitula congeſti, quorum partes in *ſpec. pl.* a Cl. *Linnæo* deſcriptæ.

Legumina ſunt ſiliculæ planæ, articulatæ, hirtæ, plurimæ adunatæ, quaſi palmatæ, in tres iſthmos, ſeu articulos diſtinctæ, uti ex ſeparata marginali patet.

Quam maxime ſenſitiva eſt hæc ſpecies in hortis noſtris, & in variis Americæ locis vulgatiſſima, e quibus ſemina copioſe deferuntur, licet & quotannis apud nos matureſcant.

N. B. In *Plumierii* iconibus ſequitur

MOmbin arbor, Fraxini foliis, fructu luteo racemoso. *Plum. nov. gen. p.* 44. quæ est

SPONDIAS. *Linn. H. Cliff. p.* 489. & *spec. p.* 371. &

Spondias foliis plurimis pinnatis, ovatis, racemo terminali &c. *Brouw. Hist. Jam. p.* 229. &
Myrobalanus Fraxini foliio alato. *Sloan. Hist. tom.* 2. *Tab.* 219. *Fig.* 1 & 2.

Prunus Americana *Merian. Surin. p.* 13. *T.* 13. cujus icon quum satis accurata sit, illam *Plumierii* non addimus, quæ tantum foliaturam & Fructus continet ex racemo dependentes, Foliola vero sunt undecim obposita cum inpari, ovato-acuminata, venosa, integra, nec serrata.

TABULA DUCENTESIMA TERTIA.

MOrisonà, arbor; Nucis Juglandis folio. *Plum. Nov. Gen. p.* 36.
MORISONIA. *Linn. spec. p.* 503.

Planta arborea.
Rami simplices, teretes, alterni.
Folia alterna, petiolata, venosa, ovato-obtusa, glabra.
Flores in ramis lateralibus racemosi, quadripetali, ab *Auctore l. c.* ulterius descripti.
Fructus plures simul dependentes ex pedunculis geniculatis, crassis, sphærici, glabri.
Semina in pulpa nidulantia, reniformia, quina.
Observatio. Hæc arbor quoad fructus maxime adfinis est, & in plurimis convenit cum *Capparidibus* Indicis, unde & a Systematibus hodiernis in ordine naturali iis subjungitur; cæterum MORISONA vocata est ab auctore in memoriam Botanici summi *Rolerti Morisoni*, Professoris Oxonienſis, qui integram Plantarum Historiam in folio conscripsit, aliisque operibus cuivis Botanico notus est, sed qui misere vitam finivit, e reda nempe, uti scribunt, præcipitatus, & capite commolitus interiit.

TA-

TAB. CCIII.

MORISONIA.

TAB. CCIV.

MORUS foliis ovato-lanceolatis.

TAB. CCV.

B

A

D

F

E

C

MUNTINGIA.

TABULA DUCENTESIMA QUARTA.

MOrus, quæ Tata-Iba, aculeata, fructu villoſo. *Cod. Plum.*

MORUS foliis ovato-lanceolatis, ſerratis, ſtipulis ſubulatis.

Morus foliis ovatis, hirſutis. *Linn. ſpec. p.* 986. *no.* 7.
Morus lacteſcens, foliis oblongis, acutis, paginis exterioribus productioribus, ligno citrino. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 339.
Morus fructu viridi, ligno ſulphureo tinctorio. *Sloan. Hiſt. Jam. tom.* 2. *p.* 3. *Tab.* 158. *Fig.* 1.
Zanthoxylum aculeatum, Carpini foliis, Americanum, cortice cinereo. *Plukn. Almag. p.* 596. *T.* 239. *Fig.* 3.
TATA IBA *Marcgr. lib.* 3. *cap.* 14.

Planta arborea, cortice cinereo, ſcabro obducta.
Folia alternata, ovato-lanceolata, acuminata, ſinuoſo-ſerrata, venoſa, craſſa, hirſuta; ſtipulâ ſubulata ſuppoſitâ.
Fructus villoſi, ad laterales ramulos coadunati, ſeſſiles, virentes, dulcis, gratique ſaporis.
Ex *ligno* per coctionem tinctura flava elicitur tingendo apta, de qua vide *Marcgr.* & *Sloan. l. c.* & licet laudati auctores iconem dederint hujus arboris, omnes imperfectæ ſunt, multoque inferiores illa *Plumierii*, quam hinc exhibere oportebat.

TABULA DUCENTESIMA QUINTA.

MUntingia folio ſericeo, molli, fructu majore. *Plum. Nov. gen. p.* 41.
MUNTINGIA. *Linn. ſpec. p.* 509.

Muntingia pedunculis unifloris. *Linn. H. Cl. p.* 203.
Muntingia fruticoſa & villoſa, foliis ſerratis, oblongis, ab uno latere brevioribus. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 245.
Meſpilus Americ. Alni vel Coryli foliis, fructu mucilaginoſo, albo. *Commel. H. Amſt. vol.* 1. *p.* 145. *Tab.* 80.
Calabura alba. *Plukn. Alm. p.* 75. *Mant.* 34. *Tab.* 152. *Fiig.* 4.
Loti Arboris folio anguſtiore, Rubi flore, fructu polyſpermo, umbilicato. *Sloan. Cat. p.* 162. *Hiſt. Jam.* 2. *p.* 80. *Tab.* 194. *Fig.* 1.

Planta fruticoſa, in natali ſolo arborea juxta *H. Cliff.* cujus
Rami ſeniores nudi, fuſci, juniores ſimplices ac pubeſcentes, in quibus gemmæ villoſæ, &
Stipulæ filiformes, piloſæ, decidulæ.
Folia alterna, lanceolata, ſerrata, nervoſa, ſupra viridia, ſubtus tomentoſa, oblique cordata, lobo baſeos altero rotundiore, altero obſoleto.
Flores ex quavis ala ſinguli pedunculati, ſeu pedunculi axillares, ſolitarii, uniflori.
Calice contenti hexapetalo, cum totidem *Corollæ* petalis, ad ungues anguſtatis, uti in ſeparatis floribus A & B patet, quibus tamen a primariis ſyſtematicis Calyx quinquepartitus & corollæ petala quinque adnumerantur.
Germen ovato-obtuſum, villoſum C.
Fructus eſt *Bacca* globoſa, umbilicata, D, unilocularis E.
Semina numeroſa, ſubrotunda, in pulpa nidulantia F.
Obſervatio. Unicam hodie *Muntingiæ* ſpeciem modo agnoſcimus, binæ enim *Auctoris* ſubſequentes ſpecies, potius ad *Rhamnos* pertinent, & licet hæc planta a variis fuerit denominata & icone denotata, a nemine tamen hactenus genuina ejus figura fuit propoſita, quæ cum Auctoris comparari poteſt, hinc perfectam dare neceſſe erat: dictum vero fuit hoc genus in memoriam *Abrah. Muntingii* Botanices Profeſſ. Groningenſis, qui variis egregiis inclaruit, & apud Belgas notus eſt, operibus, dolendem vero eſt, figuras Phytographiæ ſuæ non tam fidas eſſe, quam quidem nitide ſunt inſculptæ, plures enim in iis inveniuntur ſpuriæ, ac naturæ contrariæ.

TABULA DUCENTESIMA SEXTA.

MUntingia folio Corni, fructu minore. *Plum. nov. gen. p.* 41.

RHAMNUS inermis, foliis ovato-lanceolatis, obliquis, pubeſcentibus, ſtipulis lanceolatis, acuminatis, deciduis. *Linn. Syſt. Natur. edit. decim.*

Rhamnus, an Zizyphus arboreſcens, foliis oblongo-acutis, hirſutis, & leviter ſerratis, floribus minimis, racemis alaribus. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 173. ubi caracter & icon.

FIGURA PRIMA.

Planta

TAB. CCVI.

Fig. 1.

RHAMNUS inermis, foliis ovato-lanceolatis.

Fig. 2.

RHAMNUS foliis ovato-oblongis.

TAB. CCVII.

Fig. 1.

MYRTUS foliis ovatis.

Fig. 2.



MYRTUS foliis linearibus.

Planta arborea.
Rami ſimplices, inermes.
Folia alterna, trinervia, cordato-lanceolata, altero latere anguſtiora, unde parum obliqua, ſerrulata, ſupra ſcabra, ſubtus mollia, petiolata.
Stipulæ membranaceæ, ferrugineæ, acuminatæ, decidulæ.
Racemi florum breviſſimi in alis, qui umbellas formant axillares, minimas.
Flores fructusque uti in *Rhamnis*, unde ad eos pertinet.

Muntingia folio Ulmi aſpero, fructu minimo glomerato. *Plum nov. gen. p.* 41.

RHAMNUS inermis, foliis ovato-oblongis, ſcabris, ſerratis, floribus axillaribus, ſolitariis, fructu pedunculato.

Ulmus fructu baccato. *Linn. H. Cl. p.* 83.
Loti arboris folio anguſtiſſimo, arbor baccifera, fructu minimo, croceo, monopyreno. *Sloan. Cat p.* 163. *Hiſt. Jam.* 2. *p.* 80.
Baccifera arbor Indica, florum ſtaminibus binis, acinis monopyrenis. *Ray. Hiſt. p.* 1597.
Salvifolia arbor Orientalis, foliis tenuiſſime crenatis. *Plukn. Alm. p.* 329. *Tab.* 221. *Fig.* 4.
Mallam Toddali. *H. Malab. tom.* 4. *p.* 83. *Tab.* 40.

FIGURA SECUNDA.

Planta arborea; in utrisque Indiis creſcens.
Rami tenues ac teretes.
Folia alterna, ovato-oblonga, fere trinervia, ſubtiliter ſerrata, atrovirentia, rigida, aſpera, & ſcabra, ſubtus pubeſcentia, mollia, pallidiora, nervis protuberantibus.
Flores axillares, ſimplices, quinquefidi, turbinati &c.
Fructus bacca pedunculata, unico ſemine duro fœta, unde ad *Rhamnum* merito pertinet, licet multum de *Ulmo* participet.
In ordine Iconum *Plumier.* ſequitur
Menyanthes Nymphææ folio, flore albo. *Plum. Cat. p.* 3. ſed quum hæc optime ſit delineata in *H. Malab. tom* 11. *Tab.* 28. eam non exhibemus.

TABULA DUCENTESIMA SEPTIMA.

Myrtus pomifera, latiſſimis foliis. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 18.

MYRTUS foliis ovatis, fructibus pomoſis, trilocularibus.

FIGURA PRIMA.

Planta fruticosa. *Rami* dichotomi.
Folia ovata, lævia, acuminata.
Flores & *Fructus* coacervati.
Observatio. Facies plantæ, ac foliatura affinitatem indicant Myrti Zeylanicæ, quæ vulgatissima in nostris hortis, sed rarissime floret; Peculiare autem est, quod auctor, florum petala pingat quinque, eaque serrata, tum & fructus triloculares. Vide porro *Linnæi Fl. Zeyl. pag.* 81. & *spec. p.* 472. *no.* 4.
Hujus & altera varietas in *Plumierii* iconibus reperitur, quæ est
Myrtus latifolia, floribus purpureis, baccis aut niveis aut nigro-purpureis. *Plum. Cat. pl. p.* 18.
Quæ floribus ac fructibus plurimis paniculatis & foliatura paulo acutiore a priore differt, fructumque profert bilocularem, dimidio minorem.

Myrtus pomifera, alia, foliis longis & angustis. *Plum. Cat. p.* 18.

MYRTUS foliis linearibus; floribus axillaribus, geminis, pedunculatis.

FIGURA SECUNDA.

Planta fruticosa. *Rami* dichotomi.
Folia obposita, subsessilia, linearia, acuminata, nervo crasso decurrente.
Flores ex alis racemosi, quadripetali, staminosi, *calyx* quadrifidus A.
Fructus sphæricus, pomosus, trilocularis, uti in dissecto B.
Semina tria, angulosa, in pulpa nidulantia C. C.

TABULA DUCENTESIMA OCTAVA.

Myrtus foliis Laurinis, baccis e cæruleo nigris. *Plum. Cat. p.* 18.

MYRUS foliis ovato-lanceolatis, floribus corymbosis.

Myrtus, arborea, aromatica, foliis Laurinis. *Sloan. Cat. p.* 161. *Hist. Jam. vol.* 2. *p.* 76. *Tab.* 191. *Fig.* 1.
β *Myrtus* foliis lanceolato-ovatis. *Linn. Fl. Zeyl. pag.* 83.

FIGURA PRIMA.

Planta fruticosa. *Rami* teretes, vix divisi.
Folia ovato-lanceolata, obposita, acuminata, integerrima, crassa, venosa, vix petiolata.
Corymbi laterales, composiți, bifidi.
Fructus, baccæ oblongæ, striatæ, umbilicatæ.
Semina oblonga, obtusa.

Myrtus

Fig. 1.

MYRTUS foliis ovato - - lanceolatis.

A

Fig. 2.

MYRTUS foliis alternis, ovatis.

TAB. CCIX.



C



D

A

A

B

E

FEVILLÆA foliis cordatis.

Myrtus Cotini folio. *Plum. Cat. pl. p.* 19.

MYRTUS foliis alternis, ovatis.

β *Myrtus* foliis alternis. *Linn. Fl. Zeyl. p.* 83.

Myrtus aromaticus Indiæ Occidentalis, foliis & fructu rotundis, seminibus fere orbiculatis, planis. *Plukn. Alm. p.* 88. *Tab.* 155. *Fig.* 3.

FIGURA SECUNDA.

Planta fruticosa. *Rami* simplices ac breves.

Folia ovata, venosa, vix petiolata, utcunque alternata, integerrima.

Flores terminales, racemosi, pedunculis binis obpositis, interdum tertius major, medius, ac sessilis uti ad A.

In Iconibus *Plumierii* alia subsequitur species, ipsi dicta, *Myrtus* arborescens, Citri foliis glabris, fructu racemoso, Caryophylli sapore. *Plum. Hist. Mss. vol.* 7. *p.* 79. quæ est *Caryophyllus* aromaticus, Americanus, Lauri acuminatis foliis, fructu orbiculari. *Plukn. Phyt. Tab.* 155. *Fig.* 4. quæ cum Auctoris icone quadrat, eam exhibere inutile esset, vocatur hæc porro *Myrtus* foliis obverse ovatis. *Linn. Fl. Zeyl. p.* 82.

Observatio. Optime Cl. *Linnæus* in *Fl. Zeyl.* notat, quod hæ Indicæ Myrti species plura habeant in fructificatione cum Myrto communia, sed non omnia, ita ut quasi mediæ sint inter *Myrtum* & *Caryophyllum*, sique eas separare quis velit a Myrtis, illas ad *Myrclam* referre posse, cujus caracterem latius ibi definit.

TABULA DUCENTESIMA NONA.

Handiroba scandens, foliis hederaceis, angulosis. *Plum. nov. gen. p.* 20.

FEVILLÆA foliis cordatis, angulatis. *Linn. spec. p.* 1013. *no.* 1.

Fevillæa foliis crassioribus, glabris, quandoque cordatis, quandoque trilobis. *Brouw. Hist. Jam. p.* 374.

Planta sarmentosa, scandens, hederacea, *cirrhos* ex alis emittens simplices, spirales.

Folia petiolata, solitaria, crassa, glabra, cordata, vix angulata, integerrima, seu indivisa, subdentata, formâ Bryoniæ.

Racemi florum ramosi.

Flores secundum auctorem monopetali, rotati, multifidi, quorum alii steriles AA, alii fœcundi B: juxta *Brouw.* alii sunt masculini, alii feminini, horumque characterem exacte definivit, plantamque ipsam Dioeciam statuit inmerito, putatque hanc folia gerere nunc cordata, nunc triloba, ita ut eandem faciat cum subsequente, quæ tamen penitus distinctæ ac diversæ sunt plantæ; uti ex iconibus liquet, sed mirum est, hanc modo solam ab auctore in novis generibus fuisse enumeratam, dum utriusque plantæ figuræ in suis delineationibus inveniantur, quod forte decepit Cl. *Brouw.* unde pro unica ambas habuit specie.

TABULA DUCENTESIMA DECIMA.

N *Handiroba* foliis trifidis. *Codic. Plum.*

FEVILLÆA foliis trilobis. *Linn. ſpec. p.* 1014.

Ghandiroba ſeu *Nhandiroba. Marcgr. Braſil. lib.* 1. *cap.* 22. *p.* 46. *Sloan. Cat. p.* 85. *Hiſt. Jam. vol.* 1. *p.* 200. *Ray. Hiſt.* 1875.
Paſſifloræ adfinis, Hederæ folio Americana, Nhandiroba Braſilienſibus. *Plukn. Phyt. Tab.* 210. *Fig.* 4.

Planta hæc quoque ſarmentoſa eſt ad alas capreolata, quæ cirrhum emittit convolutum, ſimplicem.
Folia in ramis ſimplicia, petiolata, profunde triloba, laciniis tribus lanceolatis integerrimis, externis binis appendicibus ſeu auriculis auctis. Folia ad flores ſextuplo minora, triangularia, acuminata, trinervia.
Flores ad alas ſeſſiles, ſolitarii, qui in priore ſpecie racemoſi erant, alteriusque formæ, ita ut plantæ partes ſint penitus diſtinctæ.
Fructus ad priorem ſpeciem delineati, & ab auctore in *novis gener. l. c.* diſtincte deſcripti.
Auctoris nomen *Nhandiroba* eſt barbarum Americanum, quod juxta recentiorum ſyſtema rejiciendum, hinc aliud ſubſtituit Cl. *Linnæus*, FEVILLÆAM nempe in honorem *Ludovici Fevillée*, qui inclaruit Plantis Peruvianis, aliisque Phyſicis Operibus.

TABULA DUCENTESIMA UNDECIMA.

N *Icotiana* arboreſcens, ſpinoſiſſima, flore exalbido. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 38. *Tourn. inſt. p.* 117.

NICOTIANA foliis cordato-crenatis, corollis racemoſis, ſubringentibus, caule arboreo, ſtrigoſo.

Planta arborea,
Caules hirſuti, pungentesque, ſtrigoſi.
Folia maxima, cordato-ovata, crenata, coſtis ſpinoſis, hirſutis.
Racemi alternati, diviſi in ſimplices floriferos minores, ſuperius revolutos, totosque hiſpidos.
Corolla alternata, ſubſeſſiles, ringens, calice acuminato, hirto contenta.
Fructus eſt *Capſula* oblonga, bilocularis, bicornis, glabra, uti in marginali Figura.

Obſer-

FEVILLÆA foliis trilobis.

NICOTIANA foliis cordato-crenatis.

Fig. 1.

Fig. 1.

OLDENLANDIA pedunculis quadrifloris.

Fig. 2.

CORNUS foliis ovatis.

Obſervatio. In plurimis hæc planta convenit cum *Nicotiana* glutinoſa *Linn. ſpec. p.* 181. *no.* 4. Foliis nempe cordatis, racemis ſimplicibus, revolutis, & corollarum figura, ſed differt caule, petiolis, pedunculis, & calycibus ſtrigoſis, in primis vero foliis crenatis, unde eas combinare non auſus fui, licet hæ ſibi maxime ſint adfines, & forte tantum varietates.

N. B. In ordine Iconum *Plumierii* ſequitur

Nymphæa foliis carinatis, maximis, acute crenatis, flore albo. *Plum. Cat. pl. p.* 7. & *Tourn. inſt. p.* 260. quod eſt *Ambel. H. Malab. tom.* XI. *Tab.* 26. &

Nymphæa foliis carinatis minoribus, obtuſe crenatis, flore albo. *Plum. Cat. p.* 7. *Tourn. inſt. p.* 261. quæ eſt

Nymphæa Indica major. *Rumph. Herb. Amb. lib.* XI. *cap.* 50. *Tab.* 73.

Quumque hæ plantæ ab aliis inſuper auctoribus ſunt deſcriptæ, & optime iconibus delineatæ, hinc ſuperfluum eſſet, eas denuo exhibere, de quibus vide obſerv. meas ad *Rumphii l. c.*

TABULA DUCENTESIMA DUODECIMA.

Oldenlandia humilis, Hyſſopifolia. *Plum. nov. gen. p.* 42. *Erhet. Tab.* 4. *Fig.* 1.

OLDENLANDIA pedunculis quadrifloris, foliis lineari-lanceolatis.

Oldenlandia pedunculis multifloris. *Linn. ſpec. p.* 119. *no.* 4.

Oldenlandia minor caule teretino, foliis linearibus, obpoſitis, ramulis minimis floriferis, pedunculis ramoſis, vel ſimplicibus ad alas. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 146.

FIGURA PRIMA.

Planta herbacea, humilis.

Radices fibrilloſæ, puſillæ.

Caulis ramoſiſſimus, proſtratus, articulatus, geniculis craſſiuſculis, ramis alternatis.

Folia obpoſita, lineari-lanceolata, baſi connata, ſeſſilia, integerrima, nervoſa.

Pedunculi axillares, folio longiores, ſuperne quadrifidi.

Calyx ſupra germen, foliolis ſubulatis &c.

Obſervatio. *Plumierii* tempore unica tantum hujus generis plantula nota erat; nunc quatuor a *Linnæo* in *ſpec.* recenſentur ſpecies, in utrisque Indiis naſcentes, quæ pedunculis floriferis inprimis diſtinguuntur, & ab auctore noſtro hoc plantæ genus OLDENLANDIA vocatur in memoriam *Henr. Bern. Oldenlandi* Germani, *Pauli Hermanni* Profeſſoris Diſcipuli gnaviſſimi, qui plantarum ſtudio in Caput Bonæ Spei profectus fuit, ibique numerum plantarum inſignem ſedulo collegit, quas omnes ſingulari candore & munificentia nuper mihi obtulit & elargitus eſt Collega honoratiſſimus *Gulielmus Roellius*, Anatomes & Chirurgiæ Profeſſor dexterrimus, cujus itaque beneficio totum illius Herbarium poſſideo.

O *Leaſter* Antillanus, baccis in maſſam compactis. *Plum. Hiſt. mſſ. Tom.* v. *p.* 100.

CORNUS foliis ovatis, glabris, obpoſitis, alternisque; corymbis axillaribus, pedunculatis.

FIGURA SECUNDA.

Planta arborea.
Rami teretes, glabri.
Folia ovata, acuminata, venoſa, glabra, integerrima, petiolata; ad genicula obpoſita, reliqua alterna, quum in aliis Corni ſpeciebus ſint obpoſita.
Corymbi ex alis pedunculati, copioſas gerentes baccas, oblongiuſculas, nudas.
Obſervatio. Videtur media inter *Viburnum* nudum, & *Cornum* ſanguineum *Linnæi*, ſed quum baccæ ſint oblongæ & nudæ, & nucleus unicus, hinc magis ad *Cornum* accedit, quum vero flores deſunt in icone, in patrio ſolo ulterius indagandum genus.

N. B. In ordine iconum *Plumierii*, ſpecies PALMARUM ſeptendecim ſubſequuntur, quarum plures quum in *H. Malab. Herbar. Amb. Sloanei Hiſt. Jam.*, aliisque ſint deſcriptæ & exhibitæ, illas nunc non addemus, ſique majori otio frui alio tempore concedatur, forte totam Palmarum hiſtoriam, ac ſpecies elaborare & extricare conabimur, nunc in ſeparatis pergimus plantis; primaque eſt, quæ in ordine ſequitur
Parkinſonia aculeata, foliis minutis, uni coſtæ adnexis. *Plum. nov. gen. p.* 25.
Dum vero hæc a Cl. *Linnæo* in *H. Cliff. p.* 157. jam optime ſit exhibita & deſcripta, ſuperfluum foret, eam denuo obferre, unde eo oblegamus Botanicos, vocaturque *Parkinſonia* aculeata, foliolis minutiſſimis, pinnatis, penna longiore compreſſa a *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 222.

TAB. CCXIII.

Fig. 1. **OXALIS** caule fruticoso, foliis ternatis.

Fig. 2. **DAPHNE** ? floribus terminalibus.

TABULA DUCENTESIMA DECIMA TERTIA.

OXys lutea, fruteſcens, Trifolii bituminoſi facie. *Plum. Cat. pl. p.* 2. *Ray. Hiſt. tom.* 3. *p.* 548. *no.* 8.

OXALIS caule fruticoſo, foliis ternatis, intermedio petiolato. *Linn. ſpec. p.* 435. *no.* 13.

FIGURA PRIMA.

Planta ſubfruticoſa, erecta, vix ramoſa.
Radix brachiata, diffuſa, vix fibroſa.
Petioli longiſſimi, vagi.
Folia terna, ovata, venoſa, integerrima, medio maximo, petiolato.
Flores verticales, in pedunculis longis trifloris, petala plana, emarginata, quina.
Fructus, ſunt ſiliculæ corniculatæ, glabræ, uti in congeneribus.

POlygonum aliud, marinum, fruticoſum. *Plum. Hiſt. mſſ. tom.* IV. *p.* 96.

DAPHNE? floribus terminalibus, pedunculatis, ramis articulatis, foliis lineari-oblongis, quaternis.

β *Thymelæa* maritima, Ericæ foliis, turculis tumidis & tomentoſis. *Sloan. Hiſt. Jam.* 2. *Tab.* 202. *Fig.* 1.

FIGURA SECUNDA.

Planta fruticoſa ac ramoſa.
Rami dichotomi, articulati.
Folia ad genicula quaterna, duobus paribus obpoſitis, lineari-oblonga, glabra.
Flores terminales, ſolitarii, quinquefidi, pedunculati, quorum internam ſtructuram ex ſola icone nemo facile determinabit, unde in ſolo natali ulterius inveſtigandi cum reliquis fructus & fruticis partibus, qui quam maxime ſingularis eſt, uti ex foliatura & geniculis patet, hinc forte peculiare conſtituet genus, alioquin, ſi ex forma externa quid concluderem, putarem accedere ad *Thymelæam* maritimam *Sloanei*, vel ad eas *Thymelææ* ſpecies, quas exhibui in *Decade pl. Afric. quinta*, ac præſertim ad illam, quæ *Tab.* 49. *Fig.* 1. eſt delineata, & a Cl. *Linnæo* in *ſpec. p.* 358. *no.* 10. ad *Daphnem* relata eſt, cui crederem *Plumierii* plantam proxime accedere & adfinem eſſe.

TABULA DUCENTESIMA DECIMA QUARTA.

PEnaea arboreſcens, Buxi folio aſpero. *Plum. nov. gen. p.* 22.

POLYGALA floribus inberbibus, lateralibus, ſolitariis, caule arboreo, foliis obtuſis, petiolatis. *Linn. ſpec. p.* 703. *no.* 8. *Amæn. Acad. vol.* 2. *p.* 140. *no.* 14.

β *Polygala* arborea, foliis lanceolato-ovatis; capſulis compreſſis, bilobis, ultra medium diviſis. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 287. *no.* 4.

FIGURA PRIMA.

Planta arborea.
Rami ſubdiviſi, laterales.
Folia oblonga, obtuſa, petiolata, alterna, integerrima, ſcabra.
Flores ex ſingula ala ſinguli, pedunculati A.
Fructus eſt capſula, ſubrotunda, B turbinato-cordata, C compreſſa, bilocularis D, bivalvis. E.
Semina bina, reniformia F, unde patet veram *Polygalæ* eſſe ſpeciem, de qua vide *Linn. amænit. Academ. vol.* 2. *p.* 136.

PEriploca humi ſe ſpargens, Linariæ folio. *Plum. Cat. pl. p.* 2. *Tourn. inſt. p.* 93.

PERIPLOCA caule filiformi, foliis lineari-lanceolatis, ſeſſilibus, racemis terminalibus.

β *Papparam. H. Malab. tom.* 9. *Tab.* 17.

FIGURA SECUNDA.

Planta repens, flagelloſa.
Caulis filiformis, flaccidus, ſinuoſus.
Folia obpoſita, lineari-lanceolata, ſeſſilia.
Flores racemoſi, terminales.
Fructus folliculi, gemini, lineares, connati, pedunculati, acuminati, G.
Semina plurima imbricata H, coronata pappo extenſo I.

Fig. 1.

Fig. 2.

POLYGALA floribus inberbibus, lateralibus.

PERIPLOCA caule filiformi.

Fig. 1.

PERIPLOCA foliis ovatis.

Fig. 2.

PERIPLOCA foliis linearibus.

TABULA DUCENTESIMA DECIMA QUINTA.

P*Eriploca* ſcandens Nummulariæ foliis, flore albo. *Plum. Cat. pl. p.* 2. *Tourn. inſt.* 93.

PERIPLOCA foliis ovatis, acutis, ſeſſilibus; pedunculis axillaribus, unifloris, caule volubili.

FIGURA PRIMA.

Planta filiformis, ſcandens, vel repens.
Caules varie diviſi ac ſinuoſi, ſeu volubiles.
Folia ovata, acuminata, obpoſita, integra, venoſa, vix petiolata.
Flores ex quavis folii ala, uti & Folliculi glabri, ventricoſi, ſubulati, gemini.
Obſervatio. Hæc planta in plurimis convenit cum Payparan *H. Malab. tom.* 9. *Tab.* 17, quæ a noſtra differt, quod flores verticales, non vero ex alis proferat, nec tam ramoſa, unde propius ad priorem datam ſpeciem pertinere puto.

P*Eriploca* ſcandens longiſſ. & anguſtiſſ. foliis. *Plum. Hiſt. mſſ. Tom.* 2. *pag.* 66.

PERIPLOCA foliis linearibus, longiſſimis, racemis axillaribus, caule volubili.

FIGURA SECUNDA.

Planta herbacea, flagelloſa, ſcandens.
Caules filiformes, glabri, ſinuoſi, ad folia nodoſi.
Folia linearia, ſeu oblongata, transverſalibus venis diſtincta, integerrima, oppoſita, ſeſſilia.
Flores ex alis corymboſi, ſeu umbellatim diſpoſiti.
Folliculi utcunque terni, glabri, oblongi, ventricoſi.
Semina imbricatim poſita, ovata, in ſummo plumoſa, *a* & *b* uti in congeneribus.
Obſervatio. Hæ tres ſpecies quam maxime ſingulares ſunt, nec apud alios obviæ auctores, ſubſequentes vulgatiores, & quæ ab aliis deſcriptæ ſunt, tantum enumerabo, quum ſatis jam notæ, & quædam in hortis noſtris itidem occurrant.

In ordine itaque Iconum *Plumierii* ſequitur

Periploca ſcandens, foliis Convolvuli fructu alato. *Plum. Cat. pl. p.* 2. *Tourn. inſt. p.* 93, quæ eſt
Cynanchum caule volubili, perenni, inferne ſuberoſo, fiſſo, foliis ovato-cordatis *Linn. H. Cliff. p.* 79. *no.* 6. ubi ejus deſcriptio, & apud *Moriſ. Sect.* 15. *Tab.* 3. *Fig.* 61, ejus icon. Tum &

Periploca ſcandens, folio Citri; fructu maximo. *Plum. Cat. pl. p.* 2. *Tourn. inſt. p.* 93. quæ eſt
Cynanchum caule volubili, fruticoſo, foliis cordatis, acuminatis, *Linn. H. Cliff. p.* 79. *no.* 5. ubi deſcr. vide & *ſpec. p.* 212. *no.* 2 & 3. eſtque
Periploca Carolin. flore minore, ſtellato *Dill. H. Elth. p.* 300. *T.* 229. *F.* 296. ubi icon, & reliqua vide ad haſce plantas ſpectantia.

Tertia ſpecies a *Plumier.* delineata, eſt

Periploca repens, umbellata, foliis Citri, flore coccineo. *Plum. Cat. pl. p.* 2. *Tourn. inſt. p.* 93. quæ eſt
Kametti-Valli. H. Malab. tom. 9. *Tab.* 14.
Quæ flores gerit terminales, corymboſos, ſeu in umbellam digeſtos, cum folliculis copioſis radiatis, ac teretibus, foliisque obpoſitis, ovatis, ac venoſis.
Reſtant binæ aliæ nondum deſcriptæ, vel ab auctoribus delineatæ.

TABULA DUCENTESIMA DECIMA SEXTA.

PERIPLOCA florum diviſuris circinatis & criſpis. *Plum. Hiſt. mſſ. Tom.* 2. *p.* 82.

NERIUM caule volubili, foliis ovatis, acuminatis, pedunculis alaribus, racemoſis, florum faucibus criſpis.

FIGURA PRIMA.

Planta herbacea.
Caules volubiles.
Folia ovata, acuminata, integerrima, venoſa, petiolata, obpoſita, magna.
Pedunculus ex alis racemoſus.
Florum petala, fimbriata, ac retroflexa.

PERIPLOCA alia, floribus amplis, circinatis, & criſpis, ſeu *Nerium* ſcandens, radice Bryoniæ tuberoſæ. *Plum. Hiſt. mſſ. tom.* 2. *p.* 83.

NERIUM caule volubili, foliis cordato-oblongis, obtuſis, corollis undulatis, folliculis longiſſimis connatis.

FIGURA SECUNDA.

Planta



Fig. 2.

NERIUM
caule volubili.

Fig. 1.

NERIUM foliis ovatis, acuminatis.

Fig. 2.

LIGUSTRUM foliis ovatis acuminatis.

Fig. 1.

LONICERA racemis terminalibus.

Planta herbacea, ſcandens.
Caulis filiformis, volubilis.
Folia ovato-ſinuata, obtuſa, obpoſita, vix petiolata, craſſa, avenia.
Flores ex alis plures, ingentes, tubuloſi, quorum petala fimbriata, ac ſinuoſa, ad ungues anguſtata.
Folliculi gemini, connati, lineares, longiſſimi, pedunculati.
Obſervatio. Ex floribus, reliquisque fructificationis partibus patet, hanc veram *Contortarum* eſſe ſpeciem, de quibus vide *Linnæi Phil. Botan. p.* 31. *no.* 29. quodnam vero ſit genus diſtinctum, difficillimum eſt ex ſola icone definire, cæterum binas haſce ſpecies apud nullum auctorem detegere potui.

TABULA DUCENTESIMA DECIMA SEPTIMA.

PERICLYMENUM arboreſcens, floribus luteis. *Plum. Cat. p.* 17.

LONICERA racemis terminalibus, foliis ovato-acutis, integerrimis.

Chiococca? ſcandens, ſarmentis tenuiſſimis, & fere indiviſis. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 164. *no.* 2.

FIGURA PRIMA.

Planta arborea.
Rami teretes ac ſimplices.
Folia obpoſita, petiolata, ovato-acuta, venoſa, integerrima, glabra.
Flores terminales, corymboſi, quinquefidi.

PERICLYMENUM racemoſum, flore flaveſcente, fructu niveo. *Plum. Hiſt. mſſ. tom.* VI. *pag.* 69. *Dillen. H. Elth. p.* 306. *Tab.* 228. *Fig.* 295.

LIGUSTRUM foliis ovatis, acuminatis, racemis alaribus.

β *Lonicera* racemis lateralibus, floribus pendulis, foliis integerrimis. *Linn. ſpec. p.* 175. *no.* 13.
Lonicera racemis lateralibus, ſimplicibus, laxis, floribus obpoſitis, pendulis, geniculis compreſſis. *Hort. Cliff. p.* 496.
Chiococca ſarmentoſa, foliis Myrtinis, oppoſitis, ſpicis plurimis, tenuiſſimis & terminalibus, & ex alis ſupremis. *Brouw. Hiſt. Jam. pag.* 164. ubi caracter, ſed quæ male confunditur cum *Pittonia Plumierii*, uti infra patebit ad *Tournefortiæ* ſpecies.
Jasminum folio myrtino acuminato, fl. albicante, racemoſo. *Sloan. Cat.* 196. *Hiſt. Jam. vol.* 2. *p.* 97. *Tab.* 188. *Fig.* 3.

FIGURA SECUNDA.

Planta arborea. *Rami* teretes, in laterales obpoſitos diviſi.
Folia ovato-acuminata, obpoſita, vix petiolata, venoſa, integerrima.
Flores ex alis racemoſi, pentapetali, flavi.
Fructus. Baccæ ſphæricæ, umbilicatæ, glabræ, albæ, racemoſæ.
Obſervatio. Licet *Dillen.* in *H. Elth. l. c.* plantæ ſuæ denominationem *Plumierii* tribuat, ex iconibus, ac præſertim ex florum forma videntur alius eſſe generis, noſtraque potius ad *Liguſtrum* accedit, atque hinc a *Tourn.* in *inſt. p.* 597. vocatur
Liguſtrum Americanum, Lauri folio, flore flaveſcente, baccis niveis, racemoſis.

TABULA DUCENTESIMA DECIMA OCTAVA.

P*Ericlymenum* arboreſcens, ramulis inflexis, flore luteo. *Plum. Cat. pl. p.* 17.

LONICERA racemis ſecundis revolutis; foliis lanceolatis, integerrimis.

FIGURA PRIMA.

Planta arborea. *Rami* teretes, dichotomi.
Folia lanceolata, obpoſita, petiolata, venoſa, integerrima.
Flores paniculati, ex racemis revolutis compoſiti, tubuloſi *a*, quinquedentati *b*, cum totidem ſtaminibus, ac ſtylo oblongo *c*, pericarpium quinque dentatum *d* eſt.

P*Ericlymenum* aliud arboreſcens, ramulis inflexis, flore corallino. *Plum. Cat. pl. p.* 17.

LONICERA racemis ſecundis revolutis, foliis ovatis, quaternis.

FIGURA SECUNDA.

Planta arborea. *Rami* teretes, ſimplices.
Folia cruciata, quatuor obpoſita, ovato-acuminata, glabra, venoſa, integerrima.
Flores terminales, corymboſi, in racemos collecti, quorum ſuperiores circinnati.
Corolla tubuloſa *e*, ſtriata *f*, quinque dentata *g*, cum totidem ſtaminibus ſubulatis *h*, ac ſtylo ſubulato bifido *i*.
Hæ binæ videntur magis varietates, quam diſtinctæ ſpecies, licet foliaturâ differant.

TAB. CCXVIII.

Fig. 2.

LONICERA racemis revolutis, foliis ovatis quaternis.

Fig. 1.

LONICERA racemis revolutis; foliis lanceolatis.

PETIVERIA.

TABULA DUCENTESIMA DECIMA NONA.

Petiveria Solani foliis, loculis ſpinoſis. *Plum. nov. gen. p.* 50.

PETIVERIA. *Linn. H. Cliff. p.* 141. *ſpec. pl. p.* 342.

Petiveria foliis oblongo-ovatis, ſpicis longioribus terminalibus. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 274. ubi ejus caracter.

Verbenæ aut *Scorodoniæ* affinis, anomala, flore albido, calyce aſpero, Allii odore. *Sloan. Cat. p.* 64. *Hiſt. Jam. tom.* 1. *p.* 172.

Planta fruticoſa.

Rami ſtrigoſi, teretes.

Folia ovato-lanceolata, verſus baſin anguſtata, alternata, undulata, integra, venoſa, petiolata, ad ramorum diviſionem majorà, & ſtipulis geminis inflexis notata.

Spicæ laxæ, ex alis ſuperiorum foliorum, longiſſimæ, ad ſummum inflexæ, ſeu dependentes.

Flores alterni, remoti, albidi, ſeſſiles, perſiſtentes, quales a ſyſtematicis & *Brouw.* in caractere cum fructibus ample deſcribuntur.

Obſervatio. Sloan. de hac planta notat, quod Allii odorem præbeat, qui tam penetrans eſt, ut ſi vaccæ hanc depaſcantur, lac ejus ſaporem adtrahat, immo Boum caro hunc ſapit, ita ut laniones cogantur ipſis aliud præbere pabulum, antequam mactentur, ne obſtet ſapor, unde ſine dubio hæc planta ſumma aperiente virtute prædita eſt, quod facile tentari poſſet, quum copioſiſſime ac facili negotio in hortis quotannis propagetur tam per ſemina, quam per ſurculos ſeu ramulos terræ commiſſos. Ab auctore autem denominata eſt hæc planta in memoriam JACOBI PETIVERII, Pharmacopœi Londinenſis, qui variis ſcriptis inclaruit ad Hiſtoriam naturalem, exoticarum inprimis, pertinentibus, cujus *Muſeum* extat. *Lond.* 1695. &c.

In *Plumierii* iconibus variæ ſequuntur *Phaſeolorum* ſpecies, quorum primarias, ab aliis nondum deſcriptas exhibemus, reliquarum nomina dabimus, & auctores notabimus, qui eas deſcripſerunt, ſic primo occurrit

1 *Phaſeolus* ſtrumoſa radice, flore purpureo, ſiliqua anguſtiſſima. *Plum. Cat. pl. p.* 8. *Tourn. inſt. p.* 414.

Qui eſt

Phaſeolus Barbadenſ. erectus, ſiliqua anguſtiſſima. *Dillen. H. Elth. p.* 312. *Tab.* 232. &c.

2 *Phaſeolus* ſtrumoſa radice, flore luteo, ſiliquis quaſi nodoſis. *Plum. Cat. pl. p.* 8 *Tourn. inſt.* 414. eſtque

Phaſeolus ſubhirſutus, Americ. exitioſus, ſiliquis longis cauliculis inſidentibus. *Plukn. Almag. p.* 290. *Tab.* 214. *Fig.* 2. &

Dolichos ſcandens, ſiliquis geminatis, compreſſis, ſeminibus plurimis miſcellis oblongis refertis. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 293.

3 *Phaſeolus* ampliſſimus, magno flore, ſiliquis tenuioribus, falcatis. *Plum. Cat. p.* 8. *Tourn.* 415. eſt
Phaſeolus erectus, major, ſiliqua tereti, ſemine rubro. *Sloan. Hiſt. vol.* 1. *Tab.* 115. *Fig.* 2. &
PAERU. *H. Malab. tom.* 8. *Tab.* 41. quorum ſiliquæ non ita inflexæ, cæterum eadem.

TABULA DUCENTESIMA VIGESIMA.

4 *PHaſeolus* radice tuberoſa, eſculenta, ſiliquis quaſi articuloſis, hirſutis. *Plum. Cat. p.* 8. *Tourn. inſt.* 415.

DOLICHOS foliis integerrimis, caule nudo, leguminibus articulatis, pubeſcentibus, radice craſſa, tuberoſa.

Radix craſſa, tuberoſa, eſculenta, cortice rugoſo obducta.
Caulis erectus, fruticoſus, mollis.
Folia ternata, petiolata, plana, nitida, ovato-acuminata, integerrima.
Pedunculus communis, erectus, rariores gerens flores, quorum
Corolla leguminoſa, vexillum maximum cordatum &c.
Legumen planum, compreſſum, ſtriatum, transverſim ſulcatum, acuminatum.
Semina orbiculata, arillis incluſa, ſeu putamine duro tecta, ac compreſſa, uti in ſuperiore Tabulæ marginali figura patet.
Obſervatio. Hæc forte planta ad illud genus referri poſſet, quod *Brouw.* in *Hiſt. Jam. p.* 295. primus propoſuit ſub nomine *Zoophtalmi*, cujus Characterem ibi, qui cum hac ulterius conferri poteſt, latius definit.

5 *Phaſeolus* flore cochleato, ſiliquis falcatis. *Plum. Cat. pl. p.* 8. *Tourn. inſt.* 415. eſt
Phaſeolus perennis, *Caſara* dictus. *Rumph. Herb. Amb. lib.* 9. *cap.* 29. *Tab.* 136. &
Katu Paeru. H. Malab. tom. 8. *Tab.* 42.
Phaſeolus maximus, perennis, ſemine compreſſo, lato, nigris maculis notato. *Sloan. Hiſt. vol.* 1. *Tab.* IX. *Fig.* 1. &c.

6 *Phaſeolus* fructu minimo, ſemine variegato. *Plum. Cat. pl. p.* 81. *Tourn. inſt. p.* 415. eſt
Dolichos minimus, floribus luteis. *Linn. H. Cliff. p.* 360. *no.* 3. ubi icon & deſcriptio, &
Phaſeolus exiguus, glaber, Trifolii foliis, ſiliqua plana, compreſſa. *Burm. Theſ. Zeyl. p.* 188. *Tab.* 84. *Fig.* 2. ubi vide reliqua.

7 *Phaſeolus* florum ſpica pyramidata, ſemine coccineo, nigra macula notato. *Plum. Cat. p.* 8. eſt

Pha-

TAB. CCXX.



DOLICHOS foliis integerrimis.

GLYCINE caule piloso.

Phaſcolus maximus, perennis; fl. ſpicatis, albis, ſpecioſis, ſiliquis brevibus luteis, &c. *Sloan. Cat. p.* 67 & *Hiſt. vol.* 1. *Tab.* 113. *Fig.* 1 & 2. eſtque

Phaſeolus ſcandens, ſpicis laxis terminalibus, ſiliquis compreſſis, tetraspermatibus, utraque ſutura rugoſa. *Brouw. Hiſt Jam. p.* 297. *no.* 4. *Plumierii* icon variat, quod ſingula ſilicula ſit diſperma modo, ſed ſpicæ copioſiſſimis gaudent leguminibus quinquaginta circiter.

8 *Phaſeolus* vexillo ampliſſimo, ſiliquis rectis, teretibus. *Plum. Cat. p.* 8. Eſt

Phaſeolus flore odorato, vexillo amplo, patulo, *Dillen. H. Elth. p.* 313. *Tab.* 234. qui eſt

Clitoria foliis ternatis. *Linn. H. Cliff. p.* 361. &c.

9 *Phaſeolus* virgatus, hirſutus, prurigineus. *Plum. Cat. p.* 8. eſt

Stizolobium ſpicis multifloris, pendulis, alaribus, floribus ternatis. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 290. &

Phaſolus Americ. foliis molli lanugine obſitis, ſiliquis plurimis, hirſutis, pungentibus &c. *Plukn. Alm. p.* 292. *Tab.* 219. *Fig.* 1. &

Phaſeolus Indicus, lobis undique piloſis, fructu lucido, nigro. *Burm. Theſ. Zeyl. p.* 191. ubi vide reliqua.

β *Naccorana. H. Malab. tom.* 8. *Tab.* 35.

TABULA DUCENTESIMA VIGESIMA PRIMA.

10 *PHaſeolus* hirſutus, ſiliquis rectis & aduncis. *Plum. Cat. p.* 8.

GLYCINE caule piloſo, foliis ovato-oblongis, leguminibus cylindricis, hirtis, aduncis.

Teramnus? triphyllus, ſubhirſutus, foliis oblongo-ovatis, ſiliquis gracilibus, compreſſis, ſpicis laxioribus, alaribus, *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 290. ubi ejus character.

β *Phaſeolus* erectus, hirſutus, caule quinque angulari, flore viridi, luteſcente, ſiliqua in roſtrum aduncum deſinente. *Plukn. Alm. p.* 290. vide *Hernand. Hiſt. Mexic. p.* 887.

Planta ſcandens, ſarmentoſa. *Caules* ac *Rami* cum ſiliquis hirſuti.

Folia ternata, ovato-oblonga, petiolata, nervoſa.

Spicæ laterales, & axillares, longiſſimæ, hirſutæ, ſuperne floriferæ, laxæ.

Flores in parvis corymbis alternatis rariores, quorum *perianthium* parvum, quinquepartitum *a.*

Corolla leguminoſa, cujus vexillum reflexum, & alæ erectæ *b.*

Fructus eſt legumen, longum, teres, hirſutum, ſuperius aduncum & quaſi uncinatum *c*, multiloculare, bivalve *d.*

Semina numeroſa, reniformia *e.*

Obſervátio. Hujus plantæ fructus quam maxime ſingularis eſt, apice inſtructus inſtar unguis avis, quo maturo prætereuntibus adhæret legumen, certo indicio, plantam creſcere in locis ruderatis, uti plerumque fructus adhærentes talibus naſcuntur locis, qui hinc a Græcis φιλαντρόποι dicuntur.

11 *Phaſeolus* floribus coccineis, ex inſula Sti Chriſtophori. *Plum. Cat. p.* 8. eſt

Phaſeolus erectus, ſiliquis gracilibus, teretibus, polyſpermibus, ſeminibus ſubrotundis, hilo nigro notatis. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 292. *no.* 8. &

Phaſeolus erectus, minor, ſemine ſphærico, hilo nigro. *Sloan. Cat. pl. p.* 72. & *Hiſt. Jam. vol.* 1. *pag.* 184. *Tab.* 117. *Fig.* 1, 2, 3 &c.

TABULA DUCENTESIMA VIGESIMA SECUNDA.

12 *Phaſeolus* hirſutus, ſiliquis articulatis. *Plum. Cat. p.* 8. *Tourn. inſt. p.* 415.

DOLICHOS caule hirſuto, foliis ternatis, eroſo-dentatis, leguminibus hirtis, articulatis.

Planta ſcandens, ſarmentoſa.
Caules hirſuti, pungentes.
Folia ternata, ampla, anguloſa, eroſo-dentata, petiolata, glabra.
Pedunculus longus, erectus, glaber, multiflorus.
Legumina hirta, plana, transverſe ſulcata, ſeu articulata, acuminata.

13 *Phaſeolus* ampliſſimus, ſiliqua maxima, fructu coccineo, duro. *Plum. Cat. p.* 8. *Tourn. inſt. p.* 414. eſt

Phaſeolus ſuberectus, major, ſiliquis maximis, oblongis, glabris, ſutura altera nervo majori utrinque inſignita. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 291. *no.* 2. &

Dolichos leguminibus gladiolatis, dorſo ſulcatis, ſeminibus arillatis. *Linn. ſpec. pl. p.* 725. *H. Cliff. p.* 360.

Phaſeolus maximus, ſiliqua enſiformi, nervis inſignita, ſemine albo membranula incluſo. *Sloan. Cat. p.* 68. & *Hiſt. tom.* 1. *Tab.* 114.

Phaſeolus Indicus, ſiliqua magna, ſulcata &c. *Plukn. Almag. p.* 292.

Lobus machæroides. *Rumph. Herb. Amb. lib.* 9. *cap.* 23.

β *Katu* Tsjandi. *H. Malab. tom.* 8. *Tab.* 43.

14 *Phaſeolus* maritimus, fructu duro, ſemine variegato. *Plum. Cat. p.* 8. *Tourn. p.* 415. eſtque

Phaſeolus maritimus, rotundifolius, flore purpureo, ſiliqua brevi, criſtata. *Sloan. Cat. p.* 69.

Pha-

DOLICHOS foliis ternatis, erofo-dentatis.

TAB. CCXXIII.

PORTULACA foliis oppositis, oblongis.

Fig. 2.

CASSINE foliis ovatis.

Fig. 1.

CASSINE foliis ovato-acutis.

Phaſeolus Indicus, ſiliqua cartilaginea, rugoſa, fuſca, duplici criſta ſinuatà donatus. *Commel. H. Amſt. Cat. p.* 276. & *Plukn. Almag. p.* 292.
Lobus cartilagineus, ex inſula Mauritii. *Cluſ. exotic. lib.* 3. *cap.* 10.
Lobus quadrangularis. *Rumph. lib.* 9. *cap.* 21. *Tab.* 133.
β *Baramareoa. H. Malab. tom.* 8. *Tab.* 44.
Dolichos maritimus, repens, foliis orbiculatis, nitidis, ſiliquis compreſſis, ſutura altera trigona. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 293. *no.* 4.

15 *Phaſeolus* floris vexillo ampliſſimo, ſiliquis rectis, teretibus. *Plum. Cat. p.* 8. *Tourn. p.* 415. qui eſt
Phaſeolus caule volubili, floribus laxe ſpicatis, alis longitudine vexilli. *Linn. ſpec. p.* 725. *no.* 8. &
Phaſeolus flore purpureo, alis amplis, longe protenſis. *Dillen. H. Elth. p.* 314. *Tab.* 235. *Fig.* 303. &
Dolichus Sinenſis. *Rumph. Herb. Amb. lib.* 9. *cap.* 22.

TABULA DUCENTESIMA VIGESIMA TERTIA.

Phyllyrea humilis, radice craſſa, roſea, foliis rotundioribus. *Plum. Cat. p.* 17. *Tourn. inſt. p.* 590. &
Phyllyrea humilis, radice craſſa, lutea, foliis acuminatis. *Plum. Cat. p.* 17.

CASSINE foliis ovatis, & ovato-acutis, dentatis.

β *Caſſine* foliis oblongis, ſerratis. *Linn. ſpec. p.* 268.
Phyllyrea Capenſis, folio Celaſtri. *Dillen. H. Elth. p.* 315. *T.* 236.
Celaſtrus foliis ſubrotundis, ſinuoſis, flore ac fructu racemoſis. *Burm. dec. pl. Afr. p.* 240. *Tab.* 86.

FIGURA PRIMA.

Radix longa, lignoſa, brachiata, vix fibroſa, nunc lutea, nunc roſea.
Caules fere nulli.
Rami vagi, ac laxi, lignoſi.
Folia obpoſita, craſſa, venoſa, nunc ovata ac ſinuoſa, nunc acuminata ac dentata.
Flores ex alis corymboſi, in umbellulas diſpoſiti, quorum
Corolla quadripartita, calix quadridentatus, perſiſtens.
Fructus eſt Bacca unilocularis, globoſa.
Semen ſubrotundum, uti in ſeparatis partibus patet.
Obſervatio. Hic frutex tantam adfinitatem tam externa ſua forma, quam modo florendi habet cum Capenſi, ut ab eo ſeparari vix poſſit, unde utrosque conjunxi, cujus plures ſpecies ac varietates in *Cap. Bonæ Spei* inveniuntur, uti patet ex *Decad. Afr. l. c.* ubi vide reliqua.

P*Ortulaca* marina, latifolia, flore ſuaverubente. *Plum. Cat. p.* 6. *Tourn. inſt. p.* 236.

PORTULACA foliis oppoſitis, oblongis, pedunculis unifloris, alaribus.

Portulaca Curaſſavica, anguſto, longo, lucidoque folio, procumbens floribus rubris. *Herm. Par. Bat. p.* 212.

β *Portulacæ* facie maritima, fruticoſa, erecta, Americana. *Sloan. Cat. p.* 87. *Hiſt. Jam. tom.* 1. *p.* 205.

FIGURA SECUNDA.

Planta humilis, ramoſa.

Rami plerumque dichotomi, craſſi, ſucculenti, glabri.

Folia obpoſita, ſeſſilia, retroflexa, oblonga, obtuſa, craſſa, ſucculenta, avenia.

Flores ſolitarii pedunculis inſident longis, ex alis provenientes.

Corolla patula, elegans, ſuaverubens.

Capſula pyramidata, dehiſcens perpendiculariter.

Obſervatio. In locis maritimis creſcit hæc planta, ab aliis penitus diverſa, hujusque altera ſpecies occurrit rotundifolia, quæ ſaporem habet amariſſimum juxta *Plumier.*

Ex Cl. *Linnæi* communicatione hæc planta genere differt a vera *Portulaca*, quum ipſi proprie Corolla ſit nulla, ſtamina ſeptuaginta, & ſtyli tres, ipſique hinc dicitur SESUVUM in *ſyſt. Natur. edit. decim.* Atque a *Lœflingio* in *itinere Hiſpan. p.* 151. *no.* 67. eleganter deſcribitur, ex cujus annotatione creſceret in littoribus maris Cumariæ Americæ, ibique colligitur pro cineribus ad conflanda vitra &c.

TABULA DUCENTESIMA VIGESIMA QUARTA.

P*Hytolacca* fruteſcens, ſpinoſiſſima, foliis anguſtis, & criſpis. *Plum. Hiſt. mſſ. tom.* 5. *pag.* 51.

SOLANUM caule fruticoſo, aculeato, foliis ſeſſilibus, lanceolato-ſinuoſis, repandis, ſpiniferis.

β *Solanum* caule aculeato, fruticoſo, foliis lanceolatis anguloſo-dentatis. *Linn. H. Cl. p.* 61. *ſpec. p.* 188. *no.* 22. &c.

Solanum Bahamenſe, ſpinoſum, petalis anguſtis reflexis. *Dill. H. Elth. p.* 363. *T.* 271. *Fig.* 350.

FIGURA PRIMA.

Caulis fruticoſus, ſpinoſiſſimus, quod frequentius in plantis junioribus & ſylveſtribus.

Folia anguſtiſſima, ſeſſilia, lanceolato-ſinuoſa, repanda, utrinque ſpinifera.

Flores ſolitarii, vix pedunculati, puſilli, petalis reflexis, anguſtis.

Baccæ minimæ, rotundæ, glabræ.

Obſervatio. In plurimis convenit cum *Solano* Bahamenſi *Linn. ſpec. p.* 88. *no.* 22, ſed differt foliis ſeſſilibus, anguſtis, repandis, profunde ſinuoſis.

Lyco-

Fig. 2.

SOLANUM caule arboreo inermi.

Fig. 1.

SOLANUM caule fruticoso, aculeato.

PLINIA.

Lycopersicum arboreſcens, foliis angulatis, fructu aureo. *Plum. Cat. pl. p.* 4. *Tourn. inſt. p.* 150.

SOLANUM caule arboreo, inermi, foliis ovatis, ſinuato-repandis.

β *Solanum* caule fruteſcente, ſubinermi, foliis cunæiformibus, ſinuato-repandis. *Linn. ſpec. p.* 185. *no.* 7.

Solanum Bonarienſe, arboreſcens, Papas floribus. *Dillen. H. Elth. p.* 364. *no.* 272. *Fig.* 351.

FIGURA SECUNDA.

Caulis arboreus, anguloſus, ſulcatus, inermis.
Folia ovata; minora cunæiformia, repanda, ſinuoſa, ſimplicia.
Flores ſeſſiles, aggregati, extenſi, quo differt a *Bonarienſi*, quorum flores pedunculati.
Fructus ingens, anguloſus, junior ſubhirſutus, major glaber, ſexpartitus.
Semina oblonga, nidulantia.
Obſervatio. Tota facies ac modus creſcendi in noſtra convenit cum Bonarienſi, excepto quod hujus flores ſint pedunculati; cæterum Folia & flores maximi, ac ſtatura arborea, glabra, excepto in juniore planta, quæ tenellis aculeis interdum aſperſa, ſed qui in adulta decidunt.

TABULA DUCENTESIMA VIGESIMA QUINTA.

Linia fructu croceo, odorato. *Plum. nov. gen. p.* 9.

PLINIA. *Linn. ſpec. p.* 516.

Planta arborea.
Rami teretes.
Folia pinnata, abrupta, ſine inpari.
Foliola ſex paria, ovato-lanceolata, integerrima.
Flores per ramos ſeniores nudos ſparſi, ſeſſiles, quorum
Corolla campanulata, patens, profunde quinquefida *aa.*
Stamina numeroſiſſima, in orbem extenſa *b.*
Calyx quinquedentatus, minor *cc.*
Fructus eſt bacca globoſa *d*, multiſulcata *e*, unilocularis, mollis, & edulis.
Nucleus magnus, globoſus *f.*
Obſervatio. Dicta fuit ab auctore hæc Arbor PLINIA in memoriam Caji *Plinii* Secundi Veronenſis, qui Hiſtoria ſua naturali cuivis notus, & apud omnes inclaruit, qui vero nimis curioſus, & incautus in Veſuvium præcipitatus miſere ipſius incendio periit.

TABULA DUCENTESIMA VIGESIMA SEXTA.

P *Luknetia* ſcandens, Hederæ foliis ſerratis, fructu tetragono. *Plum. nov. gen. p.* 47.

PLUKNETIA. *Linn. ſpec. p.* 1192.

β *Sajor* volubilis, fructibus corniculatis. *Rumph. Herb. Amb. lib.* 1. *pag.* 194. *Tab.* 79. *Fig.* 2.

Planta ſcandens caule volubili.
Folia ſolitaria, petiolata, cordata, acuminata, ſerrata.
Racemi compoſiti ex floſculis maſculinis numeroſis, & inferioribus femininis rarioribus, ac ſæpe ſolitariis, uti ex icone patet. Hinc ad *monœciam* pertinet. Ut vero melius dignoſcantur, utrorumque ſeparatas partes in Tabula addidimus.
Corollæ maſculinæ petala quatuor patentia, ovata *a* & *b*, cum ſtaminibus octo breviſſimis, cöalitis.
Fœmininæ petala itidem quatuor *c* cum germine tetragono *d*
Stigma vero peltatum, quadrifidum *e*, & quatuor punctis notatum *f*.
Fructus eſt *Capſula* depreſſa, quadrangularis, & quadrilocularis *gg*, loculis bivalvibus *hh*.
Semina ſolitaria, ſubrotunda, compreſſa, acuminata *ii*, intra loculum membranaceum *k* recondita.

In memoriam *Leonardi Pluknetii* Botanici Angli hoc genus PLUKNETIA ab auctore dictum fuit, ille vero omnium Botanicorum exoticas collegit & exhibuit numero ſtupendas, ita ut ſex plantarum chiliades fere complectantur ipſius Opera, propriis ſumtibus inſculpta, quibus nemo Botanicorum carere poteſt, qui exoticas inquirere vel noſcere deſiderat. Ipſius autem *Almageſtum* Londini 1696 impreſſum eſt, ejus *Mantiſſa* ibidem 1700, & *Amaltheum* 1705, quorum plurimæ icones in *Phytographia* ſua exhibentur in 454. Tabulis æneis.

Finis Faſciculi Noni.

TAB. CCXXVI.

PLUKNETIA.

PLANTARUM AMERICANARUM FASCICULUS DECIMUS,

Continens Plantas, quas olim

CAROLUS PLUMIERIUS,

Botanicorum Princeps

Detexit, Eruitque,

Atque in INSULIS ANTILLIS ipſe depinxit.

Has primum in lucem edidit,

Concinnis deſcriptionibus, & Obſervationibus,

Æneisque Tabulis illuſtravit

JOANNES BURMANNUS, M. D.

Athenæi Illuſtris, & in Horto Medico Amſtelædamenſi

PROFESSOR BOTANICES,

Academiæ Cæſareæ Naturæ Curioſorum Socius, Regiæque Societatis Scientiarum Upſalienſis Collega.

Sumtibus Auctoris,
Proſtant Amſtelædami in Horto Medico,
Atque
Apud PETRUM SCHOUTEN,
& LUGD. BATAV.
Apud GERARD. POTVLIET, & THEODOR. HAAK.
M. DCC. LX.

CUNCTIS
REI HERBARIÆ
PERITIS ET STUDIOSIS
LECTORIBUS
S. D.
JOANNES BURMANNUS.

PRomiſſam antea, nunc datam ſolvo, ſancteque reddo fidem, exhibeoque vobis, Viri præſtantiſſimi, Opus, quod mihi haud minore conſtitit labore, quam pretio, quodque veſtra potiſſimum de cauſſa inchoatum, atque in veſtros uſus & commoda elaboratum eſt: Hoc ſumma Dei gratia ac favore tandem abſolutum, & ad finem perductum videtis.

In eo plurimæ habentur rariſſimæ, a nemine Botanicorum, niſi a noſtro Auctore obſervatæ plantæ, quæque ab antiquioribus fuere denominatæ, obſcure admodum, pauciſſimis exceptis, deſcriptæ, ac raro certis nominibus vel juſtis iconibus illuſtratæ, quum hæ calidiſſimo clymati adſuetæ, & extra patriam cultæ, vix totam abſolvunt fructificationem, multumque recedunt a genuinis in patrio ſolo ſponte natis, quales ab Auctore noſtro ibi ad ipſam plerumque magnitudinis formam exactiſſime fuere delineatæ.

Fateor equidem in *Plumierii* iconibus eodem modo, quo in reliquis, priorum Epocharum deſiderari internas ſexus florum partes, ſtamina ſcilicet ac ſtilos, ſed, quum hæ ante noſtrum ſeculum a nullo inſtauratore ad ſyſtema condendum fuerint habitæ vel adſumptæ, haud mirum eſt, eas fuiſſe ab omnibus prioris ævi Botanicis omiſſas, nec adcurate delineatas, vel memoratas, quum hi potiſſimum ad externas florum partes, fructuumque formam, numerum, & loculos, ſeu vaſcula ſeminalia adtenderint, atque ex ipſis ſyſtemata ſua compoſuerint.

Nunc vero, poſtquam novum Botanicæ adfulſit lumen per ingenioſiſſimum principis Botanicorum CAROLI LINNÆI ſyſtema ſexuale, omnes ad internas florum partes confugerunt, ſingulasque ipſorum adtentis luſtrare ac perſcrutari inceperunt oculis, ita ut Neotericorum Botanicorum libri, qui dein prodierunt iconesque exhibuere, præ omnibus priorum ſeculorum hac in re maxime excellant, & longe præferendi ſint.

Plurimum quoque ad hocce ſtudium exornandum & perficiendum conferunt Botanicorum peregrinationes, quibus hoc Opus ſuam debet originem; quod laudabile inſtitutum apud quasdam etiam nunc obtinet gentes, in primis ſub præſidio Cl. *Linnæi*, uti ex variis ipſius conſtat & cuivis notum eſt, Operibus, unde & in ejus *Syſtemate Naturæ* nuper edito, optime illuſtratæ ſunt exoticæ plantæ, quas in Indice huic noſtro Operi ſubjuncto ſuis in locis laudavi, ita ut characteres, qui in pluribus adhuc deſiderantur exoticis, ſucceſſu temporis emendari, & ad certa genera revocari poterint.

Optandum itaque eſſet, ut ex peritiſſimis Gallorum Botanicis exoriretur aliquis, qui Antillas peteret inſulas, ad obſcuras & dubias *Plumierii* plantas ibi adtente examinandas, ut ad juſta genera eas reduceret, quemadmodum varias in elaborando hoc Opere detexi incertiſſimas, quæ in patrio ſolo ulterius indagandæ ſunt, quod ad iſtas adnotavi plantas, plurimas tamen novas, quotquot inveſtigare potui, ad ſua genera recenſui juxta Cl. *Linnæi ſpecies*, qui huic Operi exornando & illuſtrando plurimum opitulatus eſt, unde antea dubias nunc juſtis ſpecificisque denominationibus exhibui, quod equidem haud facile ex ſolis mihi patuit iconibus, multoque conſtitit labore, quem ſi peritis Botanices arbitris & exactoribus gratum acceptumque fuiſſe cognovero, erit, quod mihi gratuler de ſuſcepto Opere, & ſtudio hiſce rariſſimis atque intricatiſſimis plantis enodandis inpenſo.

Dabam Amſt. ex Muſæo
XV *Febr.* MDCCLX.

TAB. CCXXVII.

Fig. 1.

PISONIA aculeata.

Fig. 2.

TOURNEFORTIA foliis lanceolatis.

PLANTARUM AMERICANARUM

FASCICULUS DECIMUS.

TABULA DUCENTESIMA VIGESIMA SEPTIMA.

Piſonia aculeata, fructu glutinoſo & racemoſo. *Plum. nov. gen. p.* 7.

PISONIA aculeata. *Linn. ſpec. p.* 1026. *H. Cliff. p.* 457.

Piſonia aſſurgens, ſarmento valido, foliis ovatis, utrinque productis, ſpinis validis, recurvis, racemis lateralibus. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 358. ubi ejus caracter.

Piſonia aculeis rigidiſſimis, hamatis, floribus racemoſis. *Amm. Herb.* 581.

Plumbago Americana, ſcandens, aculeata, Betæ folio minore. *Tourn. inſt. p.* 141.

Pentagonetheca Americ. ſcandens, aculeata. *Vaillant. Pariſ. an.* 1722. *p.* 260.

Rhamnus, ſeu *Lycium* Fringego Jamaicenſibus dictum. *Plukn. Alm.* 381. *Tab.* 108. *Fig.* 2.

Paliuro affinis arbor ſpinoſa, flore herbaceo, pentapetaloide, fructu ſicco, nudo, cannulato, lappaceo. *Sloan. Cat. p.* 137. *Hiſt. Jam. tom.* 2. *p.* 25. *Tab.* 167. *Ray. dendr. p.* 95.

FIGURA PRIMA.

Planta fruticoſa, aſſurgens, ramis ſarmentoſis, hamatis.

Folia ovato-lanceolata, utrinque producta, petiolata, obpoſita, craſſa, glabra, virentia, decidula, ad quorum ortum

Stipulæ binæ, ſpinoſæ, recurvæ.

Pedunculi laterales & axillares ramoſiſſimi, flores producentes in racemis extenſis, utcumque trichotomis, qui in Auctoris icone longe majores & ampliores depicti ſunt, quam apud nos obſervantur, ubi puſilli ſunt, præterquam quod raro floreat in noſtro clymate, ipſiusque flores nunc hermaphroditi, alii mares, alii fæminei obſervantur, uti latius a ſyſtematicis deſcribuntur cum ipſorum fructibus, & nuperrime a Cl. *Linnæo* in nova & decima *Syſtematis Naturæ* editione ipſius caracter ample exhibitus eſt *pag.* 1384.

Cæterum hoc plantarum genus PISONIA ab auctore denominatum eſt in memoriam *Guill. Piſonis* Lugd. Batavi, qui itinere Braſilienſi, ejusque Hiſtoriæ naturalis deſcriptione cuique Botanico notus eſt.

P*ittonia* humilis, Anchuſæ folio. *Plum. nov. gen. p.* 5.

TOURNEFORTIA foliis lanceolatis, ſeſſilibus, ſpicis ſimplicibus, recurvis, lateralibus. *Linn. ſpec. p.* 141. *no.* 5. *Syſt. Nat. p.* 917. *no.* 5.

Tournefortia reclinata, diffuſa, & hirſuta, foliis ovatis, ramulis rectis, validis. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 169. *no.* 3.

FIGURA SECUNDA.

Planta herbacea, humilis, diffuſa, reclinata.
Folia lanceolata, ſeſſilia, integerrima, alterna, ſubtus hirſuta.
Spicæ laterales, ſimplices, reflexæ.
Obſervatio. Proxime hæc planta accedit & convenit cum *Tournefortia* volubili, quæ frequens in noſtris hybernaculis, & æſtivo tempore copioſe floret, ſed cujus racemi ſunt terminales, caulis ſcandens, ac folia magis ovata, & utrimque viridia.
Pittoniæ vero nomen huic generi inpoſuit *Plumier.* a prænomine ſummi Botanici JOS. PITTONIS TOURNEFORTII, quod potius a cognomine cuique noto deſumendum eſt, unde Cl. *Linnæus* hoc genus meliore jure vocavit TOURNEFORTIAM, de cujus dignitate vide noſtrum *Auctorem* in *nov. pl. gen. p.* 5.

TABULA DUCENTESIMA VIGESIMA OCTAVA.

P*ittonia* arboreſcens, Chamædryfolia, major. *Plum. Nov. gen. p.* 5.

TOURNEFORTIA foliis ovatis, ſerratis petiolis ſpineſcentibus, ſpicis terminatis, recurvis. *Linn. ſpec. p.* 140. *Syſt. Nat. p.* 916.

FIGURA PRIMA.

P*ittonia* arboreſcens, Chamædryfolia minor. *Plum. nov. gen. p.* 5.

TOURNEFORTIA foliis oblongo-ſerratis, petiolis ſpineſcentibus, ſpicis capitatis, terminalibus.

FIGURA SECUNDA.

Planta

Fig. 1.

TOURNEFORTIA foliis ovatis.

TOURNEFORTIA *Fig. 2.*
foliis oblongo-ferratis.

Planta arboreſcens, cujus rami ad petiolos inclinati, ac producti, ibique ſpinuloſi.

Folia ovata, ſerrata, acuminata, alterna, petiolo baſi inarticulato, ſpineſcente, petiolis a caule divaricatis.

Pedunculi longiſſimi, axillares, ſuperne trichotomi, ibique ſuſtinentes tres ſpicas recurvas, racemis ſecundis.

Corollæ utriusque plantæ quam maxime ſingulares & ingentes, a reliquis omnibus congeneribus diſtinctæ, quæ in majori ſpecie profunde diſſectæ ſeu laciniatæ, in minore regulariter ſerratæ, unde hæ binæ ſibi quam maxime adfines ſunt, quod inprimis etiam patet ex petiolis ſupra baſin divergentibus, perſiſtente parte inferiore poſt foliorum lapſum induranda, & in ſpinam degeneranda, more *Volkameriæ* ſupra deſcriptæ.

Differunt vero, quod minoris folia ſint oblongata, ac petioli curti, ad baſin inflexi, & acute ſpinuloſi; Florumque racemi vix ſpicati, multo minus inflexi, ſed vere capitati, ac vix pedunculati & terminales, quum in majore ſpecie pedunculi ſint axillares ac longiſſimi: An itaque meræ tantum varietates, vix credo.

In *Plumier.* iconibus ſequitur *Pittonia* ſcandens, baccis niveis, nigris maculis notatis, cujus Figura optime convenit cum illa, quæ *Bugloſſum* lanuginoſum a *Rumph.* in *Herb. Amb. lib.* 6. *cap.* 60. vocatur, & *Tournefortia* foliis ovatis acuminatis a *Linn.* in *ſpec. p.* 140. *no.* 3. vocatur, quæ planta cum alia minore ſcandente ſpecie perperam confunditur, atque hæc minor a *Sloan.* in *Hiſt. Jam. tom.* 1. *Tab.* 143. & a *Plukn. Phyt. Tab.* 235. *Fig.* 6. exhibetur. Utræque in Horto noſtro Medico coluntur, major eſt planta arborea, erecta, folia & flores producens, uti in *Rumphii* icone, cujusque varietas eſſe videtur *Bryonia* nigra, fruticoſa, foliis Laurinis, fl. racemoſis, ſpecioſis. *Sloan. Hiſt. tom.* 1. *Tab.* 145. minor vero eſt planta ſcandens, ac ſarmentoſa, qualis a *Sloan.* in *Tab.* 143. delineatur, ita ut non conjungendæ, ſed diverſæ ſint ſpecies, toto habitu, modoque creſcendi ſeſe diſtinguentes, eſtque *Tournefortia* volubilis. *Linn. ſpec.* & fruticoſa ſcandens, *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 129.

Plumierii autem planta ſeu major ſpecies, *Ramos* gerit lignoſos glabros.

Folia ovato-oblonga, acuminata, petiolata, alterna.

Spica terminalis, ex plurimis conſtans racemis alternis bifurcatis & recurvis, quibus ſcandit ac ſeſe retinet.

Baccæ globoſæ, tribus vel quatuor maculis ſeu punctis notatæ, quas maculas in maturis baccis minoris ſeu volubilis ſpeciei hoc anno itidem obſervavi menſe Septembri.

TABULA DUCENTESIMA VIGESIMA NONA.

PIttonia hirſutiſſima & ramoſiſſima, baccis albis. *Plum. nov. gen. p.* 5.

TOURNEFORTIA foliis ovatis, petiolatis, caule hirſuto; ſpicis ramoſiſſimis, terminalibus. *Linn. ſpec. p.* 140. *no.* 2. *Syſt. Nat. p.* 917. *no.* 2.

Heliotropii flore frutex baccifer, ramoſus, folio rugoſo, fœtido, maximo, ſubrotundo, hirſuto, fructu albo. *Sloan. Hiſt. Jam. tom.* 2. *Tab.* 212. *Fig.* 1.

Planta arborea.
Caules ac *Rami* hirſuti.
Folia ovata, petiolata, alterna, acuminata, ſubtus hirſuta, ſuperius glabra.
Racemus terminalis, albus, ramoſiſſimus, hirſutus,
Flores & *Fructus* gerens ſecundos, regulariter diſpoſitos, ſuperne inflexos ac reclinatos, quos omnium optime noſter auctor notavit, ac delineavit, qui vero a reliquis, ac præſertim in *Sloanæi* Figuris ruditer & contra genium ac naturam generis, & ipſarum plantarum depicti ſunt, uti ex comparatione cuique patebit.

TABULA DUCENTESIMA TRIGESIMA.

PIttonia racemoſa, Nicotianæ foliis, fœtidiſſimis. *Plum. nov. gen. p.* 5.

TOURNEFORTIA foliis ovato-lanceolatis, ſpicis ramoſiſſimis, pendulis. *Linn. ſpec. p.* 140. *no.* 4. *Syſt. Nat.* 917. *no.* 4.

Tournefortia foliis ovato-lanceolatis. *H. Cliff. p.* 48. *Roy. prodr. p.* 408.
Tournefortia ſcandens, foliis hirtis, rugoſis, ovatis, ſpicis ramoſis. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 169. *no.* 1.
Heliotropium maximum, Jamaicence, Limonii mali folio, ſupra ſcabro, ſubtus lanugine ferrugineo, molli. *Plukn. Alm. p.* 180. *Moriſ. tom.* 3. *p.* 452.

Planta

TAB. CCXXIX.

TOURNEFORTIA caule hirſuto.

TAB. CCXXX.



TOURNEFORTIA
foliis ovato-
lanceolatis.

PLUMIERIA foliis lanceolatis revolutis.

Planta arborea. *Rami* glabri, ac fungoſi.

Folia oblonga, lanceolato-ovata, maxima, ſcabra, ſubtus lanuginoſa, ferruginea.

Racemi terminales, ingentes, ramoſiſſimi, ac penduli, quibus a reliquis differt ac diſtinguitur. Atque hinc puto, Cl. *Brouw.* non rite produxiſſe ſynonymum *Sloanei*, quod melius convenire videtur cum præcedenti ſpecie, unde *Sloanei* plantam ipſi junxi, licet Figura iſtius auctoris ſit peſſima, & uti ſupra notavi, a natura generici caracteris quam maxime aliena.

TABULA DUCENTESIMA TRIGESIMA PRIMA.

Plumieria flore niveo, foliis longis, anguſtis, & acuminatis. *Plum. Cat. pl. p.* 20. *Tourn. inſt. p.* 659.

PLUMIERIA foliis lanceolatis, revolutis, pedunculis ſuperne tuberoſis. *Linn. ſpec.* 210. *no.* 2. *Syſt. Nat. p.* 944.

Plumieria arboreſcens, foliis lanceolatis, floribus fauce ampliatis, ſubcampanulatis. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 181.

Nerium arboreum, altiſſimum, folio anguſto, flore albo. *Sloan. Catal. p.* 154. *Hiſt. Jam. vol.* 2. *p.* 62. *Herm. Parad. p.* 49.

β *Apocynum* Americ. fruteſcens, longiſſimo folio, flore albo, odoratiſſimo. *Commel. H. Amſt.* 2. *p.* 47. *Tab.* 24.

Nerium Americ. lacteſcens, longiſſimo folio, flore albo, odorato. *Cat. Hort. Beaum. p.* 31.

Planta arborea.

Caules ſcabri ex foliorum lapſu, quod huic generi proprium, & in cunctis mihi notis ſpeciebus obtinet.

Folia longiſſima, anguſta, lanceolata, venoſa, margine revoluto, petiolata, decidula, caulem cicatriſantia.

Pedunculi verticales, longiſſimi, ſuperne trifidi, ibique ſcabri ſeu tuberoſi, ſingulique proprii triflori.

Flores ingentes, tubuloſi, petala plana, expanſa, uti in congeneribus, coloris albi, odoris ſuaviſſimi &c.

Folliculi oblongi, incurvati, acinaciformes, uti in ſeparato A.

Semina per ſtrata, oblongata B continentes.

Obſervatio. Vocavit hoc genus Cl. *Tournefortius* ab inventore *Carolo Plumierio* Botanico Regio, PLUMIERIAM ob ſumma ipſius merita, qui tot tantiſque novis plantis Botanicam ornavit ac ditavit, ita ut Cl. *Linnæus* in *H. Cliff. p.* 76. de eo notet. „ Dictum ſuit hoc genus in „ honorem egregii iſtius Botanici, verique Tournefortii Americani, „ *Caroli Plumieri*, qui triplici itinere, plantarum captus amore, no„ vasque viſendi deſiderio, ſexies infido mari longiſſimo itinere ſeſe au„ ſus fuit committere, quique fere ſolus fuit, qui aliquid in arte præſti„ tit inter tot plantarum Americanarum Scriptores: Utinam prodirent „ plures Plumierii Americani!

TABULA DUCENTESIMA TRIGESIMA SECUNDA.

Plumieria alia, flore niveo, foliis brevioribus & obtusis. *Plum. Hist. mss. tom.* 7. *p.* 133.

PLUMIERIA foliis ovato-oblongis, acuminatis, subsessilibus.

β *Plumieria* foliis ovato-oblongis. *Linn. H. Cliff. p.* 76. *spec. p.* 209. *Syst. Nat. p.* 944. *Roy. pr. p.* 412.

Plumieria flore roseo odoratissimo. *Catesb. Carol. tom.* 2. *Tab.* 92. ubi flores cum foliis sessiles.

Plumieria arborescens, ramulis crassis, foliis oblongo-ovatis, petiolis biglandulis, floribus geminatis per spicas terminales. *Brouw. Hist. Jam. p.* 181. *no.* 2.

Jasminum Indicum *Merian. Surin. Tab.* 8. ubi flores corymbosi, ac folia petiolata.

Nerium Americ. arboreum, folio maximo, obtusiore, flore incarnato. *Sloan. Cat. Jam. p.* 154. *Hist. vol.* 2. *p.* 61. *T.* 185. ubi flores plures ramosi, ac folia sparsa petiolata.

Clematis arborea Amer. Laurinis amplissimis foliis, flore laccæ colore odoratissimo. *Plukn. Mant.* 50. *Tab.* 237. *Fig.* 2. ubi simplex modo flos, ac folium, quod cum nostra planta quadrat.

Planta arborea.

Caulis erectus, simplex, crassus, fungosus, scaber, seu tuberculosus & cicatrisatus per foliorum lapsum.

Folia ovato-oblonga, acuminata, subsessilia, venosa, integerrima, in orbem posita.

Pedunculus ex foliorum centro verticalis, longus, simplex,

Flores sustinens in summo speciosos, binos tresve ex pediculo communi divergente.

Siliquæ geminæ, quod in hoc genere familiare, connatæ, oblongæ, scabræ, per longitudinem dehiscentes, fœtæ

Seminibus oblongis, foliatis, imbricatis, seu squamatim positis, placentæ adfixis, uti in separatis patet Figuris.

Observatio. Hoc genus proprium est insulis Americanis, ubique fere crescens in locis humidis ac declivibus, unde, licet semina sæpissime mittantur, raro læte apud nos germinat, nec nisi in calidissimo hypocausto conservandum, ubi tamen rarissime splendidissimis & odoratissimis floribus cultorem suum exhilarat.

Cæterum hujus descriptæ plantæ sunt varietates plures, modo florendi, foliaque ac flores producendi differentes, uti adtentis ex collatis iconibus eluceſcet; differunt itidem floris colore, dum plures sunt nivei, rarius incarnati, ac rubri, apud nos pusilli, & ante perfectionem tabescentes & marcescentes.

Alba species apud *Rumph.* in *Herb. Amb. l.* 6. *cap.* 43. *tom.* 4. quoque occurrit, & ab illo auctore *Flos convolutus* vocatur.

Po-

TAB. CCXXXII.



PLUMIERIA foliis ovato-oblongis.

Fig. 2.

ROBINIA pedunculis ramosis.

Fig. 1.

ROBINIA pedunculo pyramidato.

Poinciana, ſeu *Criſta Pavonis* ſubſequitur, ſed quæ toties jam deſcripta ac delineata eſt, ut cuivis Botanico ſit notiſſima, de qua latius vide *Rumph. Herb. Amb. lib.* 6. *cap.* 24. *Tab.* 4. ibique obſervationem meam.

Portulaca vero latifolia ſupra jam in *Faſcic. octav. pag.* 218. *Tab.* 223. deſcripta eſt, cujus altera Auctoris ſpecies rotundifolia & amariſſima convenit cum Portulaca Curacavica procumbente, Capparidis folio, flore muſcoſo. *Herm. Parad. Batav. p.* 213. *Tab.* 213. quæ eſt TRIANTHEMA. *Linn. ſpec. p.* 223.

TABULA DUCENTESIMA TRIGESIMA TERTIA.

P *Seudo-Acacia* flore pyramidato, coccineo. *Plum. Cat. p.* 19.

ROBINIA pedunculo pyramidato, foliis pinnatis, foliolis ovato-obtuſis.

FIGURA PRIMA.

Planta arborea, uti videtur, inermis.
Folia pinnata.
Foliola ovata, obtuſa, glabra, ſeptem paria cum inpari.
Racemus pyramidalis, ſimplex, flores vagos, copioſos, laxos, oblongatos gerens.
Siliquæ teretes, acuminatæ, glabræ, dependentes.
Semina ovata, glaberrima.

P *Seudo-Acacia* ſiliquis alatis. *Plum. Cat. p.* 19.

ROBINIA pedunculis ramoſis, ſiliquis membranaceis.

FIGURA SECUNDA.

Planta arborea.
Folia pinnata, *Foliola* ovata, acuminata, ſex obpoſita cum inpari, cujus tria tantum ſuprema in Tabula ob defectum loci ſunt notata, curto craſſoque petiolo, glandulam referente, inpoſita.
Pedunculi ramoſi, flores vagos gerentes, quorum vexillum ovato-acuminatum, & erectum.
Siliquæ laterales, dependentes, ventricoſæ, ſeu quatuor membranis maximis diſtinctæ & auctæ.
Semina reniformia, rariora, regulariter in meditullio locata.
Obſervatio. De hoc genere ac nominis derivatione vide *H. Cliff. p.* 354. cujus plures ſpecies recenſentur a *Linn.* in *ſpec. p.* 722.

TABULA DUCENTESIMA TRIGESIMA QUARTA.

PYRETRUM Aphyllon. *Plum. H. mſſ. tom.* v. *p.* 91.

FIGURA PRIMA.

Peculiaris planta eſt, foliis deſtituta, radice gaudens lignoſa, longa, brachiata, caules proferens trichotomos, floribus capitatis terminalibus, ex quorum forma nil certi definire poſſum, in patrio itaque ſolo ulterius inveſtigandi, atque dein genus ex iis conſtituendum, quod forte novum, quum cum nullo mihi noto conveniat; ob ſingularem vero plantæ formam & indolem Botanophilis eam obferre volui.

RANUNCULUS aquaticus, Aſari foliis, ad nodos umbelliferis. *Plum. Cat. p.* 7. *Tourn. inſt. p.* 286.

ALISMA foliis cordatis, obtuſis. *Linn. ſpec. p.* 343. *no.* 4.

Alisma foliis lunulato-ſagittatis, venoſis, ſcapo aſſurgente, ramoſo, angulato-ſulcato, ramulis ternatis, verticillato-verticillatis. *Brouw. Hiſt. Jam p.* 204.
Damaſonium ramoſum, folio cordiformi. *Vaill. Act. Pariſ.* 1719. *p.* 28.
Sagittaria Virginiana, obtuſiore lato folio, floribus minoribus albis. *Moriſ. Hiſt.* 3. *p.* 618. *ſect.* 15. *Tab.* 4. *Fig.* 6.

FIGURA SECUNDA.

Planta aquatica, natans.
Radices fibroſæ, ſimplices, deſcendentes.
Petioli pentagoni, ſulcati, longiſſimi, ex lata baſi anguſtati.
Folia obtuſe cordata, venoſa, decem majoribus nervis diſtincta.
Scapus aſſurgens, nudus, ſulcatus, pedunculos e regione ternos proferens, qui ad articulos pedunculos verticillatos proprios gerunt.
Pedunculi ſex ſeptemve ſimplices, proprios ſuſtinentes
Flores hexapetalos, patentes, ſtaminoſos, quales ulterius cum fructificatione a Syſtematicis definiuntur.

TAB. CCXXXIV.



Fig. 2.

ALISMA foliis
cordatis, obtusis.

Fig. 1.

PYRETRUM
Aphyllon

TAB. CCXXXV.



Fig. 2

LOBELIA caule erecto, foliis ovatis.

Fig. 1.

ALISMA foliis cordato-sagittatis.

TABULA DUCENTESIMA TRIGESIMA QUINTA.

RANUNCULUS aquaticus, Sagittæ folio breviore. *Plum. Cat. p.* 7. *Tourn. inſt. p.* 292.

ALISMA foliis cordato-ſagittatis, acutis, ſcapo aſſurgente, ſimplici; floribus ternatis.

Sagitta Americ. latifolia, non ramoſa. *Vaill. Act. Pariſ. ann.* 1719. *p.* 33. *no.* 4.
Sagittaria major; folio obtuſo, floribus minoribus, albicantibus. *Moriſ. Hiſt. tom.* 3. *p.* 618.
Sagittariæ foliis planta, conglomerato fructu monopyreno, Coriandri fere figura. *Plukn. Tab.* 220. *Fig.* 7.
Culit-Tamara. H. Malab. Tom. XI. *Tab.* 45.

FIGURA PRIMA.

Planta aquatica, natans. *Radices* ſimplices, deſcendentes, extenſæ, filiformes.
Petioli teretes, adſcendentes, poroſi, ſeu canaliculis numeroſis diſtincti, longiſſimi.
Folia ſagittata, triangula, angulis lateralibus longioribus, nervis ac venulis eleganter cancellata.
Scapus aſſurgens, ſimplex, nudus, teres.
Pedunculi e regione terni, ſimplices, nec ramoſi.
Flores hexapetali, Staminoſi &c. *Calyx* triphyllus, petalis major, perſiſtens &c.

RAPUNTIUM Trachelii folio, flore purpuraſcente. *Plum. Cat. p.* 5. *Tourn. inſt. p.* 163.

LOBELIA caule erecto, foliis ovatis, inciſo-ſerratis, petiolatis; racemo terminali.

Lobelia caule erecto, foliis cordatis, obſolete dentatis, petiolatis, corymbo terminali. *Linn. ſpec. p.* 931. *no.* 13. *ſyſt. nat.* 1237. *no.* 13.
β *Lobelia* major, brachiata, aſſurgens, foliis oblongo-ovatis, denticulatis, baſi appendiculatis, ſpicis terminalibus. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 322.

FIGURA SECUNDA.

Planta herbacea. *Radix* fibroſa, filiformis.
Caulis erectus, ſimpliciſſimus, glaber, ſtriatus.
Folia ovata, inciſo-ſerrata, glabra, petiolata, alterna.
Corymbus caulem terminans, nudus, diviſus in tres racemos longiſſimos, *Flores* gerentes alternos pedunculatos, quorum labium ſuperius deorſum vergit.
Calyx amplus, extenſus, quinquefidus, perſiſtens.
Capſula ovato-obtuſa, bifida, biſulca.
Semina numeroſa, rotunda, uti in ſeparatis Figuris.

Obſervatio. Plures hujus generis ſpecies in America occurrunt, quæ ſub nomine *Rapuntii* ab auctore & *Tournefortio* enumerantur, atque a *Moriſono*, aliisque auctoribus commemorantur & deſcribuntur, quæque in hortis noſtris floribus coccineis & violaceis præ reliquis eminent plantis, quumque ubivis obviæ, & cuique notæ ſint, eas omittimus, de quibus vide *H. Cliff. p.* 426. &c.

TABULA DUCENTESIMA TRIGESIMA SEXTA.

RAwolfia tetraphylla, anguſtifolia. *Plum. nov. gen. p.* 19.

RAUWOLFFIA foliis lanceolatis, quaternis, nervoſis.

Rawolfia fruticoſa, foliis verticillatis, tenuiſſime villoſis. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 180.

Solani fructu fruticoſa, foliis Laurinis oblongis, integris, ſubtus hirſutis, flore minore, purpureo. *Sloan. Hiſt. Jam. tom.* 2. *Tab.* 211. *Fig.* 1. quæ puſilla.

FIGURA PRIMA.

Hæc planta tam graphice a Cl. *Linnæo* in *H. Cliff. pag.* 75. exarata eſt, ut eam denuo deſcribere ſuperfluum foret, præſertim quum ſatis ſit obvia in noſtris hortis, ubi tamen rarius floret: Planta vero, quam hortus noſter publicus alit, folia gerit vere lanceolata, maxime nervoſa, ſubtus pallida, & juniora læviter hirſuta ſeu villoſa, cuncta æqualia, ſeu parallela, nec bina reliquis duobus quadruplo majora, ita ut viva noſtra planta perfecte cum *Plumierii* icone quadret, quæ foliis ternis aliquando ludit, ſicuti ramulos in ea obſervavi, qui terna tantummodo folia gerebant; Cliffortii itaque planta propius accedit ſubſequenti plantæ, quod ex foliatura & modo florendi ſic apparet, uti ex collatis iconibus cuique conſtabit.

RAwolfia tetraphylla, latifolia. *Plum. nov. gen. p.* 19.

RAUWOLFFIA foliis ovatis, venoſis, verticillatis.

Rauwolfia. Linn. H. Cliff. p. 75.

FIGURA SECUNDA.

Fig. 2.

RAUWOLFFIA foliis ovatis, venosis.

Fig. 1.

RAUWOLFFIA foliis lanceolatis, nervosis.

TAB. CCXXXVII.

RENALMIA foliis breviſſimis.

Fig. 1.

RENALMIA foliis linearibus reclinatis.

Fig. 2.

RENALMIA scapo spicis imbricatis.

Hæc a priore differt foliis ovatis, ſubſeſſilibus, latis, ſinuoſis, maximè venoſis, uti ex *Cliffortii* icone patet. Florum racemi breviores, bini regulariter oppoſiti, axillares, pluribusque gaudentes floribus umbellatim congeſtis, quorum corollæ non modo minores, ſed & laciniis rotundioribus, nec tam profunde diſſectis, diſtinguuntur, ita ut hæc planta tam foliis quam florendi modo quadret cum Cliffortiana, ſi quis tamen utrasque tantum pro varietatibus habeat, uti Cl. *Linn.* in *ſpec. pag.* 208. eas conjungit, per me licet, ambas autem juxta Auctoris delineationem proponere oportebat.

Dictum vero fuit hoc genus in memoriam *Leonhardi Rauwolfii*, Botanici egregii, & itineribus per Palæſtinam periculoſiſſimis clari, cujus fata memorata inveniuntur ab *Auctore* in *nov. gen. l. c.* ipſiusque vita graphice deſcripta exhibetur ab Ampliſſ. Viro *Joan. Freder. Gronovio* in *Flora* ſua *Orientali*, ubi methodice recenſet plantas a *Rauwolffio* in variis itineribus obſervatas & collectas.

TABULA DUCENTESIMA TRIGESIMA SEPTIMA.

RENALMIA ramoſiſſima, floribus variegatis & circinnatis. *Plum. nov. gen. p.* 37.

RENALMIA foliis radicalibus, breviſſimis, caule ſubnudo, ramis ſubdiviſis, adſcendentibus, *Linn. ſpec. p.* 286. *Syſt. Nat.* 974.

Planta paraſytica.
Radices fibroſæ, ſimplices, deſcendentes.
Folia radicalia, breviſſima, numeroſiſſima, linearia, integerrima.
Caulis ſubnudus, ramoſiſſimus;
Rami ramoſi, adſcendentes.
Flores terminales, erecti, quorum petala contorta, ac retroflexa.
Stamina longiſſima.
Antheræ nutantes.
Stilus erectus, adſcendens.
Stigma obtuſum, biſulcum; ita ut horum corolla a ſubſequentibus congeneribus penitus ſit diſtincta.

TABULA DUCENTESIMA TRIGESIMA OCTAVA.

RENALMIA clavata, flotibus niveis. *Plum. mſſ. Tom.* v. *p.* 63.

RENALMIA foliis linearibus reclinatis, ſcapo ſimplici, imbricato, ſpica ſimplici. *Linn. ſpec. p.* 287. *no.* 3.

FIGURA PRIMA.

Planta paraſitica.
Radix fibrilloſa, extenſa.
Folia linearia, reclinata, ex lata baſi imbricata.
Scapus erectus, ſimplex, non ramoſus, ſolitarius, ſpathis imbricatis, cordatis, acuminatis tectus, e quibus ſingulis
Flores ſolitarii.
Obſervatio. Hujus & altera ſpecies, ſeu varietas in *Plumier.* iconibus proſtat, quæ foliis latioribus lanceolatis, imbricatis & reflexis a priore differt, cæterum ſcapus itidem ſimplex, & ſpathis involutus ac tectus eſt.

R *Enalmia* ſpica multiplici, anguſtifolia, flore cæruleo. *Plum. nov. gen. p.* 37.

RENALMIA ſcapo ſpicis imbricatis lateralibus, foliis linearibus erectis.

Viſcum Caryophylloides anguſtifolium, floribus cærulis *Catesb. Hiſt. Car. tom.* 2. *p.* 89. *T.* 89. Hæc in omnibus convenit cum majore *Plumierii* ſpecie, quam hic exhibemus, minor eſt omni parte, ac videntur tantum varietates.

FIGURA SECUNDA.

Planta paraſytica, tenera.
Radix fibroſa, filiformis.
Scapus erectus, ſimplex, ſuperne plures ſpicas laterales imbricatas emittens, quæ multo rariores ac minores ſunt, quam in altera majore varietate, uti ex *Catesb.* & auctoris altera icone conſtat.
Folia linearia, æqualia, acuminata, erecta, longe frequentiora ac longiora, quam in majore varietate, atque hæc, quam hic exhibemus, teneritudine omnium partium, & humilitate plantæ ab altera inprimis differt, quæ licet eleganter ab auctore noſtro ſit delineata, non inſculpi curavimus, quum omnino quadrat cum ſplendidiſſima icone *Catesbæa*, excepto quod folia *Catesb.* ſint triplo longiora, & ad ſummum declinata, ſeu dependentia, quæ ab auctore noſtro erecta, acuminata, & quaſi abrupta depicta ſunt.
Cæterum hoc genus ab auctore noſtro RENALMIA dictum fuit in memoriam *Pauli Renealmi* Bleſenſis, Botanices peritiſſimi, uti conſtat ex ejus ſpecimine plantarum, quo plures rariores æneis tabulis exhibet plantas, opusque ipſum impreſſum eſt Pariſiis ann. 1611. in quarto.

TA-



Fig. 2.
ACALYPHA
involucris fæmineis
cordatis. ✕

Fig. 1.

ACALYPHA involucris fæmineis hirtis.

TABULA DUCENTESIMA TRIGESIMA NONA.

RIcinoides Caſtaneæ folio. *Plum. Cat. p.* 20. *Tourn. inſt.* 656.

ACALYPHA involucris fæmineis hirtis, foliis ovato-lanceolatis, ſerratis, caule hiſpido.

Acalypha involucris fæmineis integerrimis, foliis lanceolatis, obtuſis. *Linn. ſpec. p.* 1004.

ß *Acalypha* humilior, foliis cordato-crenatis, ſpicis alaribus & terminalibus. *Brouw. Hiſt. Jam.* 346. *Tab.* 36. *Fig.* 1.

FIGURA PRIMA.

Planta fruticoſa. *Caulis* hirſutus ac ramoſus.
Folia ovato-lanceolata, petiolata, obtuſa, ſerrata, nervoſa.
Pedunculi ex ſingula ala ſinguli, ſimplices, erecti, ſpicam dimidiatam floribus ſurſum verſus ſuſtinentes.
Flores fæminei ſeſſiles, involucris integris hirtis inſidentes, ſuperiores maſculini.
Semina terna, pericarpio hirto incluſa, uti in lateralibus figuris.

RIcinoides fruteſcens, Althææ folio. *Plum. Cat. p.* 20. *Tourn. inſt. p.* 656.

ACALYPHA involucris fæmineis cordatis, denticulatis, ſpicis ſimplicibus, alaribus, foliis cordatis, ovato-acuminatis, ſerratis.

FIGURA SECUNDA.

Planta fruticoſa, glabra.
Folia cordata, ovato-acuminata, ſerrata, petiolata, alterna.
Pedunculus ex ſingula ala prodit ſimplex, ſuperne terminatus ſpicâ florum maſculinorum, inferne foliolis cordatis, denticulatis, ſeſſilibus amplexicaulibus, flores fæmineos foventibus.
Obſervatio. Proxime hæc accedit ad Cupameni. *H. Malab. tom.* 10. *Tab.* 81. quæ eſt *Acalypha* involucris fæmineis cordatis, ſubcrenatis, foliis ovatis *Linn. ſpec. p.* 1003. *no.* 2. noſtra vero foliis petiolatis, magisque acuminatis, & involucris ſeſſilibus differt.

TABULA DUCENTESIMA QUADRAGESIMA.

Ricinoides Elæagni folio. *Plum. Cat. p.* 20. *Tourn. inſt.* 656.

CROTON foliis lanceolatis, undulatis, integerrimis, ſpicis terminalibus, caule fruticoſo.

Croton fruticuloſum, foliis longis, anguſtis, ſubtus incanis, margine reflexis. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 347. *no.* 5.

FIGURA PRIMA.

Planta fruticoſa. *Rami* erecti, ſimplices.
Folia lanceolata, integerrima, undulata, alternata, petiolata, margine reflexo.
Racemus ſimplex, terminalis, inferne flores fæmineos, ſuperne maſculinos gerens.

Ricinoides folio Citri argenteo, polline conſperſo. *Plum. Cat. p.* 20. *Tourn. inſt. p.* 656.

CROTON foliis ovato-lanceolatis, integerrimis, nitidis, ſpicis alaribus.

Croton fruticuloſum & villoſum, foliis cordato-acuminatis, ramulis craſſioribus, tomentoſis? *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 347. *no.* 3.
β *Croton* foliis ovatis, tomentoſis, integris, ſerratis. *Linn. H. Cliff. p.* 444. *no.* 2.

FIGURA SECUNDA.

Planta arborea, tomentoſa.
Folia ovato-lanceolata, integerrima, nitida, petiolata, alterna.
Pedunculi axillares, racemo erecto, flores fæmineos inferne gerens, quorum pericarpia ſcabra & hirta &c.
In *Plumierii* iconibus occurrit *Ricinoides* arbor, Populi foliis hirſutis, quæ eadem planta eſt, quæ *Ricinoides* aromatica arbor, Circææ foliis hirſutis, fl. ſpicatis dicitur in *Th. Zeyl. p.* 201. *Tab.* 91. & *Croton* foliis ovatis, tomentoſis, ferrulatis &c. *Linn. ſpec. p.* 1005. *no.* 7. & *Croton* fruticoſum, foliis ſubrotundo-ovatis alternis. *Brouw. Hiſt. p.* 348. Plumierii icon ſpicam tantummodo gerit terminalem, quæ in Zeylanica ex lateralibus ramis etiam ſpicas profert, cæterum totus habitus foliorum & florum convenit.

TAB. CCXL.

Fig. 1.

CROTON foliis lanceolatis.

Fig. 2.

CROTON foliis
ovato-lanceolatis.

RIVINA floribus corymbosis.

TAB. CCXLII.



Fig. 2.

PIPER foliis
ovato-acuminatis.

Fig. 3.

PIPER foliis
quaternis.

Fig. 1.

RONDELETIA foliis ſeſſilibus.

TABULA DUCENTESIMA QUADRAGESIMA PRIMA.

R*Ivina* ſcandens, racemoſa, amplis Solani foliis, baccis violaceis. *Plum. nov. gen. p.* 48.

RIVINA floribus corymboſis, foliis lanceolatis, integerrimis.

Solanoides Americana, Circææ foliis glabris. *Tourn. Act. Pariſ. an.* 1706.

Rivinia ſarmentoſa, ſarmentis craſſioribus, foliis ovatis, floribus ſpicatis dodecandris. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 149. *Tab.* 23. *Fig.* 2. quæ multo inferior eſt icone noſtri auctoris.

Planta fruticoſo-ſcandens.

Folia lanceolata, integerrima, ſinuoſa, acuminata, petiolata.

Corymbus terminalis, compoſitus ex pluribus ſimplicibus racemis alternis; qui

Flores gerunt pedunculatos alternos, numeroſos.

Obſervatio. Licet hæc planta ab hodiernis Botanicis conjungatur cum vulgari *Rivina*, ejuſque tantum varietas cenſeatur, totus tamen florendi modus & habitus ab ea nimis recedit, quam ut eas combinare poſſim, uti examinanti patebit ex optima icone *Hort. Amſt. tom.* 1. *Tab.* 66. ubi racemi ſimplices, axillares, ac folia cordato-ovata, longe aliam præbent ſpeciem, quam noſtra exhibita, unde cum Cl. *Brouwn.* ambas diſtinctas eſſe ſpecies cenſeo, atque in eum finem Botanicorum oculis hanc ſubjicere volui.

Cæterum dictum eſt hoc genus ab auctore RIVINA in memoriam Clariſſ. *Aug. Quir. Rivini*, de quo vide *Auctor.* in *nov. gen. l. c.* & *Linn. H. Cliff. p.* 35.

TABULA DUCENTESIMA QUADRAGESIMA SECUNDA.

R*Ondeletia* arboreſcens, Tini facie. *Plum. nov. gen. p.* 15.

RONDELETIA foliis ſeſſilibus. *Linn. ſpec. p.* 172.

FIGURA PRIMA.

Planta arborea.
Folia obpoſita, cruciata, ovato-oblonga, ſeſſilia, integerrima.
Pedunculi communes, laterales ſeu alares, longiſſimi, nudi, erecti, ſuperne corymbum dichotomum formantes, in cujus ſingula dichotomia flos ſeſſilis cum duplici ſtipula, ſeu involucro diphyllo locatur.
Flores tubuloſi, monopetali, ut ab auctore in *nov. gen. l. c.* aliiſque ſyſtematicis cum reliquis fructificationis partibus ulterius definiuntur.
Dictum fuit hoc genus RONDELETIA in memoriam *Guill. Rondeletii*, Monſpelienſis, qui de piſcibus egregium edidit opus, pluraque de ſimplicibus medicamentis, atque in Dioſcoridem commentatus eſt.
In ordine iconum Plumierii ſequitur *Ruellia* humilis, flore cæruleo, Aſphodeli radice, quæ eſt *Ruellia* pedunculis unifloris. *Linn. ſpec. p.* 635. *no.* 4. Quum vero hæc optime ſit deſcripta ab *H. Elth.* auctore *p.* 328. & exacta icone *F.* 320. exhibita, ſuperfluum foret eam denuo exhibere. Dictum vero fuit hoc genus RUELLIA in memoriam *Joannis Ruellii* Galli, qui Dioſcoridem in Latinum e Græco textu tranſtulit, atque Canonicus Pariſiis obiit 1537.

S*Aururus* racemoſus, ſeu Botrytes major. *Plum. nov. gen. p.* 51.

PIPER foliis ovato-acuminatis, quinquenerviis.

β *Saururus* Botrytes, major, arboreſcens, Plantaginis foliis. *Plum. Amer. p.* 57. *Tab.* 75. qui eſt
Piper foliis cordatis, quinquenerviis, reticulatis. *Linn. ſpec. p.* 29. *no.* 7.
γ *Piper* fruteſcens, diffuſum, ramis flexilibus, geniculatis, foliis ovatis, quinquenerviis. *Brouw. Hiſt. p.* 121.

FIGURA SECUNDA.

Planta ſarmentoſa, ſcandens.
Folia ovata, acuminata, quinquenervia, reticulata, integerrima.
Pedunculi cum ſpica e regione foliorum.
Stigmata tria.

S*Aururus* repens, tetraphyllus, folio craſſiore. *Plum. H. mſſ. tom.* 5. *p.* 13.

PIPER foliis quaternis, cunæiformibus, emarginatis.

FIGURA TERTIA.

Planta

Fig. 1.

SICYOS foliis laciniatis.

Fig. 2.

CLEOME foliis ternatis.

Planta humilis, repens, ramosa, dichotoma, ubi radices agit laterales, laxas, ramosas.
Cauliculi erecti, dichotomi.
Folia quaterna, cruciata, cuneiformia, emarginata, crassa, nervosa.
Spica terminalis, simplex, strigosa.
Observatio. Plurimæ hujus generis species ab auctore exhibitæ sunt in *descr. pl. Amer.* a *Tab.* 66. ad 78. inter quas unica modo occurrit huic maxime adfinis, quæ foliis ternis subrotundis a nostra differt, quæque *Tab.* 68. delineata est, reliquæ vero *Piperis* species a *Linn.* in *spec. p.* 29 & 30. justis nominibus recensentur.
In *Plum.* iconibus sequitur *Senna* Ligustri folio, sed quum hæc optime in *H. Elth. Tab.* 359. sit exhibita & descripta, eam merito præterimus. *Sennæ* autem genus ad *Cassias* hodie a Botanicis refertur, atque a *Linn.* in *spec. p.* 378. sub *no.* 14. hæc planta recensetur.

TABULA DUCENTESIMA QUADRAGESIMA TERTIA.

SICYOS *Icijoides* fructu echinato, foliis laciniatis. *Plum. Cat. p.* 3. *Tourn. inst. p.* 103.

SICYOS foliis laciniatis. *Linn. spec. p.* 1013. *no.* 2.

FIGURA PRIMA.

Planta sarmentosa.
Caulis flaccidus, filiformis, convolvulaceus, glaber.
Folia cordata, ac palmata, in profundas inæquales lacinias ac lobos divisa, superne glabra, inferne scabra & hirta.
Cirrhi ad alas ramosi, trifidi, quorum medius maximus.
Flores e regione foliorum, sessiles, aggregati.
Fructus echinatus, subrotundus, carnosus.
Observatio. Hoc genus IRSIOLA a *Brouw.* in *Hist. Jam. p.* 147. vocatur, ubi tres alias species a nostra differentes describit, quæ sub nomine *Brijoniæ* in *Sloan. Hist. Jam.* occurrunt.

SINAPISTRUM *Inapistrum* frutescens; triphyllum, Nasturtii Sapore. *Plum. Cat. p.* 6.

CLEOME foliis ternatis, foliolis ovali-lanceolatis, crenulatis, racemis terminalibus.

FIGURA SECUNDA.

Planta fruticosa.
Folia alternata, petiolata, ternata.
Foliola ovali-oblonga, acuminata, crenulata, venosa.
Racemus terminalis, subdivisus, ternatus.
Siliquæ teretes, torosæ, glabræ, alternatæ.

TABULA DUCENTESIMA QUADRAGESIMA QUARTA.

S*Loana* amplis Castaneæ foliis, fructu echinato. *Plum. nov. gen. p.* 49.

SLOANEA foliis cordato-ovatis, denticulatis, stipulis serratis. *Linn. spec. p.* 512. *H. Cliff. p.* 210.

Apeiba Marcgr. Bras. p. 123. *T.* 124. *Ray. hist. p.* 1643.
β *Sloanea* foliis majoribus, oblongo-ovatis, integris, venis arcuatis, reflexis. *Brouw. Hist. Jam. p.* 250.

FIGURA PRIMA.

Planta arborea. *Rami* simplices.
Folia cordato-ovata, acuminata, denticulata, nervosa, venis arcuatis distincta, alterna, decidua.
Stipulæ ad alas serratæ, subulatæ.
Flores apetali, perianthio constantes monophyllo, septifido *a* & *b*.
Stamina numerosa, subulata, calyce longiora *c*.
Stylus subulatus, staminibus longior *d*.
Fructus est capsula magna, angulosa, subrotunda, echinata *e*, quadrivalvis *f*.
Semina quatuor ovato-oblonga, in carnoso majore loculo recondita, nuclei oblongi *gg*.
Dictum est ab auctore hoc genus SLOANEA in honorem & memoriam Illustr. Baronis *Hans Sloane*, præsidis Societatis Regiæ Anglicanæ, cui soli magna ex parte debetur notitia Plantarum Jamaic. de quo vide *H. Cliff. l. c.* & auctorem in *nov. gen.*

S*Olanum* fruticosum; Persicæ foliis, aculeatum. *Plum. Cat. p.* 4. *Tourn. inst. p.* 149.

SOLANUM caule inermi, fruticoso, foliis lanceolatis, integerrimis, spiniferis, racemis cymosis.

FIGURA SECUNDA.

Planta

TAB. CCXLIV.



Fig. 2.

SOLANUM
caule inermi, fruticoso.

Fig. 1.

SLOANEA.

TAB. CCXLV.

SOLANUM foliis ovatis.

Fig. 2.

Fig. 1.

SOLANUM
caule aculeato.

Fig. 3.

SOLANUM caule flexuoso.

Fig. 4.

SOLANUM
pedunculis alaribus.

Fig. 5.

SOLANUM foliis oblongis.

Planta fruticosa. *Caules* inermes, lignosi, scabri.
Folia lanceolata, integerrima, alterna, petiolata, costa utrimque spinosa.
Racemi verticales, alterni. *Calyces* inermes. *Petala* plana, extensa.
Baccæ globosæ, nutantes, secundæ.

In *Plumierii* iconibus sequitur *Solanum* frutescens, Acanthi folius, quod convenit cum *Solano* Bonariensi *Dill. H. Elth. p.* 364. *F.* 351. excepto quod auctoris nostri planta caules ac ramos spinis vagis, ac solidis hinc inde armatos gerat, ut & subtus ad foliorum costas, quæ etiam magis laciniata sunt, cæterum idem modus florendi, calyces, flores, baccæ & corymbus eodem modo crescunt, quodque a *Linn.* in *spec. p.* 185. *no.* 7. vocatur *Solanum* caule frutescente, subinermi, foliis cuneiformibus, sinuato-repandis; in nostra laciniatis.

TABULA DUCENTESIMA QUADRAGESIMA QUINTA.

SOlanum fruticosum, Lauri foliis, aculeatum. *Plum. Cat. p.* 4. *Tourn. inst. p.* 149.

SOLANUM caule aculeato, fruticoso; foliis ovato-lanceolatis, integerrimis, racemis lateralibus, secundis.

β *Solanum* spiniferum, frutescens, spinis igneis Americ. *Plukn. Phyt. Tab.* 225. *Fig.* 5.

FIGURA PRIMA.

Planta fruticosa.
Caulis ac *Rami* aculeis curtis exasperati.
Folia lanceolata, sinuosa, venosa, ad petiolum spinosa, cæterum inermia ac mollia.
Racemi laterales, simplices, longissimi, plurimos gerentes
Flores secundos, quorum *petala* contracta, linearia, vix reflexa.
Calyces inermes.
Baccæ globosæ, molles, nutantes, secundæ.

SOlanum tomentosum, Verbasci folio, fructu parvo, flavescente. *Plum. Cat. p.* 4. *Tourn. inst. p.* 150.

SOLANUM caule inermi, fruticoso, foliis ovatis, tomentosis, integerrimis, umbellis compositis. *Linn. spec. p.* 184. *no.* 1. *syst. Nat. p.* 934.

Solanum maxime tomentosum, spinis carens, Virginianum. *Plukn. Alm. p.* 351. *Tab.* 316. *Fig.* 1. cujus corymbus minus compositus.

FIGURA SECUNDA.

Planta fruticosa. *Rami* crassi, inermes.
Folia petiolata, ovata, integerrima, crassa, venosa, tomentosa.
Corymbus terminalis, compositus, in plures pedunculos divisus,
Flores gerentes mediocris magnitudinis, quorum *petala* plana.
Calyces inermes.
Baccæ globosæ, turgidulæ.

SOlanum scandens, foliis tomentosis. *Plum. Cat. p.* 4. *Tourn. inst.* 150.

SOLANUM caule inermi, flexuoso, foliis ovatis, tomentosis, pedunculis alaribus, aggregatis.

β *Solanum* caule inermi, fruticoso, foliis geminis, altero minore. *Linn. spec. p.* 184. *Syst. Nat.* 934. *no.* 4.

FIGURA TERTIA.

Planta fruticoso-sarmentosa.
Rami inermes, flexuosi.
Folia ovata, opposita, quorum alterum altero majus, petiolata, integerrima, crassa, tomentosa.
Pedunculi ad alas conferti, simplices, subumbellati,
Flores erectos, extensos, gerentes.
Calyces inermes, denticulati.
Baccæ globosæ, nutantes, seu ex propriis pedunculis dependentes.

SOlanum arborescens, Solani hortensis folio, fructu parvo, coccineo. *Plum. Cat. p.* 4. *Tourn. inst. p.* 150.

SOLANUM caule inermi, fruticoso, foliis ovatis, pedunculis alaribus, calycibus dentatis, repandis.

FIGURA QUARTA.

Planta fruticosa, ramosissima.
Folia ovata, sinuosa, integerrima, venosa.
Pedunculi alares, inferne solitarii, superne bini tresve obpositi.
Calyces denticulati, retroflexi.
Baccæ subrotundæ.

SOlanum arborescens, Amygdali folio undulato, flore magno, albo, fructu rubro. *Plum. Cat. p.* 4. *Tourn. inst. p.* 150.

SOLANUM caule inermi, fruticoso, foliis oblongis, flore speciosо, axillari, solitario.

FIGURA QUINTA.

Planta

Fig. 1.

PTEROCARPUS
foliis aggregatis.

Fig. 2.

HEDYSARUM foliis alternis.

Planta arborea. *Rami* breves, flexuoſi, inermes.
Folia oblonga, acuminata, ſinuoſa ac venoſa, bina utcunque ex communi ortu.
Pedunculi alares, ſolitarii.
Flores ſpecioſi, ſolitarii, quorum petala magna, expanſa, ad oras crenulata.
Calyces inermes, ſtriati. *Baccæ* ſphæricæ, erectæ, maturæ nutantes.
Obſervatio. Haſce ſingulares ac raras *Solanorum* ſpecies apud nullos inveni auctores, quorum itaque partes Botanicorum oculis, & ulteriori examini ſubjicere volui.
In Auctoris iconibus ultimo loco habetur *Solanum* aculeatum, Hyoſcyami foliis, flore intus albo, extus purpureo, quod in pluribus convenit cum *Solano* Indico *H. Eltham.* & *Linn. ſpec. p.* 187. *no.* 17. differt vero, quod aculei ſint retroflexi, nec erecti, multoque frequentiores, & ad foliorum coſtas excurrant. *Petala* magis contracta, linearia fere, & revoluta, uti & calyces. Cæterum *Baccæ* globoſæ, & idem plantæ habitus quoad externam formam, & delineationes.

TABULA DUCENTESIMA QUADRAGESIMA SEXTA.

S *Partium* Portulacæ folio, aculeatum, Ebeni materie. *Plum. Cat. p.* 19. *Tourn. inſt. p.* 645.

PTEROCARPUS foliis ſimplicibus, aggregatis, obovatis, aveniis.

ß *Aſphalthus* arboreus, ſeu Pſeudo-ebenus Buxi folio, flore luteo, patulo, ſiliqua lata, brevi, chartacea. *Sloan. Hiſt. tom.* 2. *Tab.* 175.
Brya arboreſcens, erecta, ſpinoſa, foliolis confertis, fl. geminatis. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 295. *Tab.* 31. *Fig.* 2.

FIGURA PRIMA.

Planta fruticoſa. *Caulis* aculeatus, rotundus, lignoſus.
Rami ſimplices, longi, in apice floriferi.
Folia ternata, ovata, craſſa, carnoſa, avenia, inæqualis magnitudinis, interpoſitis minoribus ſolitariis.
Legumina gemina, pedunculata, reniformia, ſcabra, reticulata.
Obſervatio. Hujus fruticis ſiliquæ tantam habent cum dicto genere affinitatem, uti patet ex *Commel. Hiſt. Amſt. tom.* 1. *Tab.* 109. ut vix ſeparari poſſit, de quo ulterius vide *Linn. Fl. Zeyl. p.* 196. & *Mat. Medic. p.* 184. præterquam quod hoc genus plures jam agnoſcat ſpecies, quas vide in *Lœfling. itinere pag.* 147 & 168. &c. Quum vero flores hujus fruticis mihi nondum ſatis innotuere, hinc dubius hæſito, num ad *Linnæi* genus, num vero ad *Bryam Brouw.* pertineat, quod ex viva planta, ulterius inquirendum ac definiendum, unde utrumque genus, quod ab aliis ad alia iterum refertur, proponere volui.

S *Partium* ſcandens, Citri foliis, floribus albis, ad nodos confertim naſcentibus. *Plum. Cat. p.* 19. *Tourn. inſt. p.* 645.

HEDYSARUM foliis alternis, ovatis, pedunculis alaribus, confertis, ramoſis.

Hedyſarum ecaſtaphyllum; *Linn. ſyſt nat. tom.* 2 *p.* 1169. *no.* 4.
Ecaſtaphyllum fruteſcens, reclinatum, foliis ovato-acuminatis, integris, alternis. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 299. *Tab.* 32. *Fig.* 1.

FIGURA SECUNDA.

Planta arborea.
Caulis inermis, angulatus, ſcandens.
Folia plana, cordato-ovata, integerrima, venoſa, alterna, tria quatuorve in communi petiolo.
Pedunculi ad alas conferti, ſpinuloſi, ac ramoſi.
Flores vulgaris formæ. *Legumina* deſunt.

TABULA DUCENTESIMA QUADRAGESIMA SEPTIMA.

S *Partium* ſcandens, fructu criſtato, & alato, flore rubro. *Plum. Hiſt. mſſ. tom.* 11. *p.* 112.

SECURIDACA caule volubili, foliis oblongis, ſpicis racemoſis.

Securidaca ſcandens, foliis oblongis, ſpicis racemoſis. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 288.
Securidaca. Linn. ſpec. p. 707.

FIGURA PRIMA.

Planta fruticoſo-ſarmentoſa, ſcandens.
Caulis inermis, filiformis.
Folia pinnata.
Foliola alterna, ovato-oblonga, integerrima, venoſa.
Pedunculi communes longiſſimi, ſimplices, racemoſi.
Legumina plana, alata, obtuſa, oblonga.

Sta-

Fig. 1.
SECURIDACA
caule volubili.

Fig. 2.
PTELEA foliis simplicibus.

TAB. CCXLVIII.

Fig. 2.

TABERNÆMONTANA foliis oppositis.

Fig. 1.

SECURIDACA foliis orbiculatis, aveniis.

S *Taphylodendron* foliis Lauri anguſtis, *Plum. Cat. p.* 18.

PTELEA foliis ſimplicibus. *Linn ſpec. p.* 118. *no.* 2.

Dodonæa. Linn. H. Cliff. p. 114.
Carpinus forte viſcoſa, Salicis folio integro, oblongo. *Burm. Zeyl. p.* 55. *Tab.* 23.
Caryophyllaſter littoreus. *Rumph. Herb. Amb. l.* 6. *cap.* 55. *tom.* 4.
Triopteris Elæagni foliis viſcoſis, læte virentibus, Americana. *Plukn. Mant. p.* 185.
Arbuſcula viſcoſa, Elæagni foliis læte virentibus, Americana, tricoccos. *Plukn. Phyt. Tab.* 141. *Fig.* 1. Ramulum ſine flore ac fructu notat.
β *Triopteris* erecta, fruticoſa, foliis oblongis, acuminatis, ramulis gracilibus. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 191. *Tab.* 18 *Fig.* 1. cujus icon optime quadrat cum noſtra Zeyl. quos itaque conjungit;
Aceri vel *Paliuro* affinis, anguſto oblongo Liguſtri folio. *Sloan. Cat. p.* 138. *Hiſt. tom.* 2. *T.* 162. *Fig.* 3.

FIGURA SECUNDA.

Obſervatio. Vix ulla mihi obvenit arbuſcula, quæ tantopere Botanicorum ingenia exercuit, quumque in utrisque Indiis habitet, apud plurimos obcurrit auctores, ſed omnes ad diverſum genus eam retulere, uti ex variis denominationibus patet, cæterum ſatis exacte deſcripta habetur in *H. Cliff. Flor. Zeyl. p.* 59. & *Theſ.* meo Zeylanico, excepto quod flores non tantum in ſummis ramulis ſed ad foliorum alas corymboſi excreſcant, uti ex ſola *Auctoris* & *Sloanei* icone adparet, ipſiusque caracterem optime dedit. *Brouw. l. c. p.* 192.

TABULA DUCENTESIMA QUADRAGESIMA OCTAVA.

S *Partium* alterum, ſcandens; fructu alato, flore variegato. *Plum. Hiſt. mſſ. tom.* 2. *p.* 113.

SECURIDACA foliis orbiculatis, aveniis, ſpicis ramoſis, ramis filiformibus.

Securidaca fruticoſa, foliis ſubrotundis, ramulis tenuiſſimis, ſpicis laxis, terminalibus. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 287.

FIGURA PRIMA.

Planta fruticoſo-flagelloſa. *Rami* filiformes, ſcandentes.
Folia ſimplicia, ovata, avenia, alternata, petiolata.
Racemi floriferi terminales, laxi, dependentes.
Flores inperfecte ab auctore delineati.
Legumina plana, oblonga, alata.

T *Abernæmontana* lacteſcens, Citri foliis undulatis. *Plum. nov. gen. p.* 18.

TABERNÆMONTANA foliis oppoſitis, lanceolatis. *Linn. ſpec. p.* 210.

Tubernæmontana foliis lanceolatis. *Hort. Cliff. p.* 76. *Roy. pr. p.* 413.
Tabernæmontana fruteſcens, foliis ſubnitidis, ovatis, venoſis. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 182.

FIGURA SECUNDA.

Planta fruticoſa, lacteſcens. *Rami* ſimplices, vix diviſi.
Folia obpoſita, ovato-lanceolata, undulata, integerrima, petiolata, venoſa, nitida.
Racemi floriferi alares, ramoſi, oppoſiti.
Flores & *Siliquæ* a ſyſtematibus & auctore noſtro in *nov. gen.* accurate deſcribuntur, quæ tantam cum *Camerariæ* genere habent adfinitatem, ut hæc bina genera facile combinari poſſint, uti *Cururu* & *Suriana* noſtri auctoris ſub uno jam genere *Paulliniæ* conjunctæ ſunt. Quantum vero noſtra planta differat a Pala *H. Malab. tom.* 1. *Tab.* 46. quoad fructificationem & formam, cuivis icones inſpicienti facile patebit, ſed Carutu Pala *Tab.* 47. ſine dubio *Tabernæmontaniæ* ſpecies eſt, ni modo hujus varietas.
Genus autem hoc ab auctore noſtro in memoriam *J. Th. Tabernæmontani* dictum eſt, cujus ſtudio prodiit Hiſtoria Plantarum generalis Germanice inpreſſa, obiit vero ille Hardelbergæ ann. 1590.

TABULA DUCENTESIMA QUADRAGESIMA NONA.

S *Uriana* folio Portulacæ anguſto. *Plum. nov. gen. p.* 37.

SURIANA. *Linn. ſpec. p.* 284. *H. Cliff.* 492.

Suriana maritima, foliolis lanceolatis, floribus ſingularibus, ſtaminibus ſubhirſutis. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 190.
Thymelææ facie frutex maritimus, tetraſpermos, flore tetrapetalo. *Sloan. Cat. Jam. p.* 138. *Hiſt. tom.* 2. *p.* 29. *Tab.* 162. *Fig.* 4. ſine flore.
Arbor Americana, Salicis folio, frondoſa, Bermudienſis. *Plukn. Alm. p.* 44. *Tab.* 241. *Fig.* 5. absque flore vel fructu.

FIGURA PRIMA.

Planta

Fig. 1. SURIANA.

Fig. 2. CASSINE? foliis obovatis.

Fig. 2.
ANGURIA foliis palmatis

Fig. 1.
SMILAX
caule inermi, volubili.

TABULA DUCENTESIMA QUINQUAGESIMA PRIMA.

THymelæa fruteſcens, Roſmarini folio, flore albo. *Plum. Cat. p.* 17. *Tourn. inſt. p.* 594.

TOURNEFORTIA foliis lanceolato-linearibus, confertis, terminalibus, caule ſubfruticoſo.

Tournefortia ſubfruticoſa, foliis ſubincanis, oblongis, fronde comoſa. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 170. *no.* 5.

FIGURA PRIMA.

Planta fruticoſa. *Caulis* compoſitus.
Rami nudi, ſcabri, inferius dichotomi, ſuperius omnes trichotomi.
Folia linearia, nervoſa, acuminata, in orbem poſita, ramos terminantia.
Flores inter folia ſparſi, ſolitarii, pedunculati.
Baccæ globoſæ, umbilicatæ, uti in *Tournefortiis*, ſed ſolitariæ, nec racemoſæ, uti in reliquis congeneribus.
Obſervatio. Cl. *Brouw.* hujus plantæ Synonymum facit, Thymelææ facie fruticem maritimum &c. *Sloan. Hiſt. Tab.* 162. *Fig.* 4. qui nequit eſſe hujus generis, quum *Sloane* calycem pingat ingentem, qui in *Tournefortiis* parvus eſt, adeoque alius eſt generis; & ad SURIANAM *Plumierii* proprie pertinet, uti ſupra ex hujus fruticis deſcriptione conſtitit, unde & *Sloanei* plantam eo retuli.

TIthymalus arboreſcens, foliis Linariæ anguſtioribus. *Plum. Cat. p.* 1. *Tourn. inſt. p.* 85.

EUPHORBIA articulata, foliis integerrimis, linearibus, pedunculis unifloris.

Euphorbia erecta, tenuis, foliis linearibus, fl. terminalibus. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 235. *no.* 4.
β *Euphorbia* foliis oppoſitis, integerrimis, lanceolatis, pedunculis unifloris &c. *Linn. ſpec. p.* 455. *no.* 24.
Peplis fruticoſa, maritima, geniculata. *Sloan. Cat. p.* 82.

FIGURA SECUNDA.

Planta arborea, ramoſiſſima, *Caules* dichotomi, articulati.
Rami alternati, geniculati.
Folia obpoſita, ſeſſilia, linearia, obtuſa, nervoſa.
Flores ramulos terminant ſolitarii, pedunculati.

Tithymalus heterophyllus. *Plum. Hiſt. mſſ. tom.* 4. *p.* 7.

EUPHORBIA inermis, foliis ſerratis, petiolatis, difformibus, ovatis, lanceolatis, panduræformibus. *Diſſert. de Euphorb. p.* 13. *Linn. ſpec. p.* 453.

Tithymalus Curaſſ. Salicis & Atriplicis foliis variis, caulibus viridantibus. *Plukn. Alm. p.* 369. *Phyt. Tab.* 112. *Fig.* 6.

